apud eos maxime qui glorie majestate trahuntur. Propter quod in sacris codicibus gloriosos viros laudare Sapiens jubet[1], ut suo illos honore dignentur mortales, et studio se imitentur ad virtutem. Est enim bene operandi incitamentum gloria, qua plerumque incendimur, dum propter rectas operationes intelligimus earum autores nominari. Buridani autem tametsi nomen tenemus, gestorum tamen ejus minima est cognitio ; sed et nativitatis et ejus sepulture locus ignoratur. Nec ultra est quod de illo te doceam. Si quid vestigando preter hec invenies, illud ad posteros scribendo demitte[2] ». « Est, inquit ille, multum quod tibi gratie de-

1. *Eccli.* XLIV, 1.

2. En 1470, un étudiant de l'Université de Leipzig, Hans Jencz, rédigeait, à la prière de son maître, Pierre de Gotingen, un récit des prétendues amours de Buridan et de Jeanne de Navarre sous ce titre : *De Buridano et Noverra historia Johannis Jencz incipit feliciter.* Hermann Leyser l'a publié d'après le manuscrit de la Bibl. de l'Université de Leipzig dans le *Zeitschrift für deutsches Alterthum*, t. II (1842), pp. 362-370. Hans Jencz déclare avoir recueilli ses renseignements à Paris et de la bouche d'un centenaire qui vivait encore en 1460. Ce dernier prétendait avoir vu, dans son enfance, Buridan alors âgé (*Ibid.*). On voit, par la lettre de Gaguin, qu'il n'était que très imparfaitement renseigné sur Jean Buridan. Il est le cinquième écrivain français, semble-t-il, qui ait fait allusion à la tradition circulant alors dans les Écoles et par laquelle Buridan aurait eu des relations avec une reine de France. Le premier est Villon, dans son *Grant Testament*, composé en 1461 :

Semblablement, où est la royne
Qui commanda que Buridan
Fust gecté en ung sac en Saine ?

(Édit. Longnon, p. 34, v. 341-343). Le second est Guillaume Alexis, qui fait dire à l'un des interlocuteurs du *Blason des faulses amours* :

Soit plus prudent
Que Burident.

(Édit. de Bocard, s. a. Bibl. Mazarine, *Inc.* 621, bii ; l'édit. originale est de 1486, Paris, Pierre Levet, in-4. Cf. les *Œuvres poétiques de G. Alexis*, édit. donnée par Arthur Piaget et Émile Picot pour la *Société des anciens Textes français*, Paris, 1896, t. I, p. 228, v. 1015-1016). Treize ans

beamus, qui rem nobis diu absconditam revelasti. » Igitur, illis abeuntibus, facere id cepi, cujus gratia ortulos invise-

après, Jean Le Munerat, ancien élève du Collège de Navarre et chantre de la Sainte-Chapelle, prenait la défense de la reine Jeanne, femme de Philippe le Bel, dans un petit ouvrage publié à Paris le 23 avril 1499, sous ce titre : *Restitutio fame illustrissime principis prestantissimeque domine Johanne Francorum quondam Navarre regine, Philippi dicti Pulchri sponse inclite, regieque Schole Francie vulgo Navarre Parisii fundatricis devotissime atque prudentissime*, Bibl. Mazarine, *Inc.* 687 de 12 ff. Dans les dernières années du xve siècle, un certain Robin Comtet composait un *Panegyrique à l'honneur de la reine Blanche de Navarre*, dont le ms. est conservé à la Bibliothèque de Berne, A95-5. (Cf. Hermann Hagen, *Catalogus cod. Bernensium*, Berne, 1874, in-8, t. I, p. 145.) Gaguin démentait de nouveau l'imputation injurieuse faite à la mémoire de cette reine dans la quatrième édition de son *Compendium* (Paris, 13 janvier 1501, in-fol.). Après avoir parlé de l'inconduite des filles de Philippe le Bel (fol. 70), il ajoute : « Ob hanc impudiciciam insignium mulierum natam fabulam reor, que de Johanna Philippi Pulchri uxore a rerum imperitis memorari solet. Eam videlicet aliquot scholasticorum concubitu usam, eosque ne pateret scelus protenus extinxisse et in Sequanam amnem de cubiculi sui fenestra abjecisse ; sed unum tantum Johannem Buridanum eo periculo forte liberatum, et propterea sophisma ab eo editum esse : *reginam interficere nolite timere bonum est*. Fuit siquidem Buridanus Johanna posterior ; quippe qui, Philippo Valesio regnum moderante, cum liberalium artium nominatissimus, professor esset multa et in rationabili et morali philosophia scripsit, dum Parisine Ecclesie Fulco presidebat, anno christiane resurrectionis .M.CCCXLVIII. Nec commeruit preclara mulier hujusmodi vicio taxari, cujus liberalitatis atque misericordie in pauperes testimonium exhibet Navarre apud Parisios Collegium, ubi scholasticos incolere perpetuo instituit, designatis triplici ordine preceptoribus qui grammaticam dyalecticenque adolescentes docerent, qui item philosophiam interpretarentur. Addidit et theologos qui omnes anniversariis proventibus prediti, litterarum studio se perpetuo accommodarent ; hisque commune sacellum extruxit, prepositis ad rem divinam sacerdotibus. Itaque in eo tam grandi tamque spacioso collegio, tam multi continenter scholastici diversantur, quod ad constituendam universalem scholam satis esse putari possit », fol. 70 v° (ce passage manque dans les éditions antérieures de 1497 et de 1495). Bayle reproche assez justement à Gaguin de n'avoir pas suffisamment précisé l'âge de Buridan et de conclure de

ram. Ceterum celare te, Petre, hanc confabulationem nolui, ratus te inde voluptatem capturum ob hominis commemo-

la fondation pieuse d'une reine à la pureté de ses mœurs ; aussi déclare-t-il qu' « il n'a pas bien défendu l'honneur de cette princesse » (*Dict. hist. et crit.*, au mot BURIDAN). Celle-ci mourut le 2 avril 1305 ; Buridan était né à Béthune, en Artois, très vraisemblablement vers 1295 ; le rapprochement de ces deux dates, à défaut d'autres preuves, suffirait à faire disparaître l'accusation. Il vint à Paris, suivit les cours d'Ockam, enseigna lui-même la philosophie avec éclat et fut appelé, à différentes reprises, à remplir les plus hautes charges de sa Nation. En 1328, il était recteur de l'Université et c'est sous ce titre qu'il figure dans un acte relatif aux lettres d'ajournement impétrées à la Cour de la Conservation des privilèges de l'Université, à l'insu du recteur et des députés de cette dernière (9 février 1328), cf. Denifle-Chatelain, *Chartularium*, t. II, p. 306. Jean Dullaert rapporte inexactement cet acte à l'année 1320, dans sa notice sur Buridan (*Questiones super octo phisicorum libros Aristotelis*, Paris, 1508, in-fol., aï v°). En 1330 (2 novembre), il tenait en bénéfice l'église paroissiale d'Illies, du diocèse d'Artois (*Chartularium*, t. II, p. 306, note). Le 23 septembre 1340, il était élu de nouveau recteur de l'Université. *Auctarium chartularii*, t. I, col. 41. En 1342, il expliquait à Paris la Physique et la Morale d'Aristote, et le 19 juin, il était nommé chanoine de la cathédrale d'Arras (*Chart. Ibid.*). Cette même année, il fit partie de la députation que l'Université envoyait à Avignon auprès du pape Clément VI, Pierre Roger, qui avait été son condisciple à Paris. Henri de Kalkar, dans une lettre écrite en 1406 à Jean Dotz, chartreux de Mayence, rapporte à ce sujet une anecdote fort curieuse de la jeunesse de Buridan (Cf. cette lettre, publiée par M. L. Delisle, dans le *Bulletin de la Société de l'Histoire de Paris*, 2e année, 1875, pp. 101-102). De retour à Paris, Buridan fut plusieurs fois appelé à tenir la charge de régent à la Faculté des Arts. En 1357, il intervient au nom de la Nation de Picardie à l'occasion d'un différend survenu entre cette dernière et la Nation d'Angleterre. Le 12 juillet de l'année suivante, il figure parmi les signataires du Concordat consenti entre les Nations de Picardie et d'Angleterre sur la délimitation territoriale de leur juridiction respective (Bibl. nat. lat. nouv. acq. 535, fol. 151-152, et Du Boulay, t. IV, p. 346). Dans le courant de cette année 1358, Buridan avait fait don, à sa Nation, d'une maison qui était encore appelée, au temps de Du Boulay (1668), la Maison de Buridan. (*Ibid.*, t. IV, p. 996). Quant à l'exil de Buridan à Vienne dont il aurait fondé l'Université, c'est une nouvelle fable mise en circulation d'abord par Wimpheling en

rationem, qui cum de Picardis omnibus, tum de Parisiorum Academia optime meritus est. Vale. Apud Maturinos Parisienses, xi. kal. Novembris. 1498.

1495, dans le supplément au *Catalogus illustrium virorum Germanie* de Trithème, reproduite ensuite par Pierre Boland dans les *Questiones Marsilii super quatuor libros Sententiarum* (Bibl. Mazarine, *Inc.* 1262, in-fol., s. l. et a., fol. 1 v°), et aveuglément acceptée par Aventin dans ses *Annales Bojorum*, rédigées après 1508. Elles ne parurent, pour la première fois, qu'en 1554, à Ingoldstadt, in-fol. (pp. 799 et 624), et leur moindre défaut, ainsi que l'a remarqué Bayle, est leur manque de critique (*Dict.* au mot AVENTIN). Sur la réfutation de cette allégation (cf. le *Chartularium*, t. II, p. 646). Buridan mourut à Paris vers 1370. Son obit se célébrait tous les ans au sein de l'Université, au mois d'octobre. « Prima die legibili post festum Dionisii (9 octobre) eligitur rector, et fit obitus Buridani, die sequenti. » (Bibl. Sainte-Geneviève, ms. 1655, fol. 10 v°). Quant au fameux sophisme : *Reginam interficere nolite...*, il n'a jamais été émis par Buridan et il ne figure dans aucun de ses ouvrages. « Et quantum ad illud vulgatum proverbium..., si fuerit a dicto Buridano aut alio, et quo tempore compositum, nichil repertur scriptum ; putoque magis ficticium quam veritatem continens, interrogatoque domino Gaguino aliisque historiographis eruditis, nullibi scriptum repperisse se dicunt... », écrit le Munerat dans sa *Restitutio*. « Omnino ficticium est », comme le dit Jean Dullaert, dans les *Questiones* mentionnées ci-dessus. Dullaert était un nominaliste éminent (cf. son éloge par Josse Bade, *Summae Quaestionum ordinarium theologi recepto preconio solennis Henrici a Gandavo..., tomus prior*, Paris, 1520, in-fol. (Bibl. nat. exemp. sur vélin 341, préface), qui avait fait une étude approfondie des œuvres tant publiées qu'inédites de Buridan. On trouve toutefois dans les *Questiones Johannis Buridani super octo libros Aristotelis* (Paris, 1500, in-fol.), deux questions qui sembleraient, au premier abord, avoir quelque rapport avec l'aphorisme précité : telle, la question XV du livre III : *Queritur utrum liceat alicui hominem interficere se defendendo* (fol. 41 v°-42), et la suivante (XVI), et cette autre du livre Ier : *Utrum possit licite pugnare contra principem ut liberetur a morte* (fol. 2, col. 1). Dans ce dernier cas, il s'agit d'un prisonnier, *vinculatus* ; mais la réponse de Buridan écarte tout rapprochement. Cf. sur Buridan l'étude de Camille Bloch, *Jean Buridan, philosophe du* XIVe *siècle*, *École des Chartes, Positions des Thèses* (janvier 1890), Paris, 1890, pp. 31-43. — Cette lettre, qui ne figure que dans l'édition de Bocard, est la dernière du recueil, et n'est ni cotée ni paginée.

89 *bis*

(Paris, 28 février 1498.)

Robertus Gaguinus Ordinis sancte Trinitatis minister generalis religioso viro patri Cornelio Girardo Aurelio[1]*, venerabili concanonico monasterii divi Hieronimi prope Leyden in Hollandia.*

Opportune multum reddidit mihi litteras tuas suavissi-

1. Cornelius Girardus Aurelius était né à Gouda. Il devint chanoine régulier de Saint-Augustin au couvent de Saint-Jérôme, près de Leyde : il était l'oncle de Guillaume Hermann, le condisciple d'Érasme au couvent de Steyn. Cornelius avait déjà publié différents opuscules lorsqu'il adressa, en 1498, son *Alphabetum redemptorum* à ses principaux amis, els qu'Arnold de Bost, Trithème et Gaguin. C'est pour l'édition du *Compendium* de ce dernier, publiée à Paris le 31 mars 1497, qu'il avait écrit en l'honneur de cet ouvrage la lettre suivie de vers qu'on y remarque et qui sont imprimés à la fin du volume. Cette même année, il fit partie de la députation envoyée à Paris par le couvent de Windesheim pour réformer les chanoines réguliers du royaume. C'est à la requête du président du Parlement de Paris, Nicolas de Hacqueville, de l'évêque Jean Simon, et de Philippe Hodoart, pénitencier de l'église de Sens, que Cornelius Girardus se rendit au couvent de Saint-Victor, avec six autres religieux parmi lesquels Jean Mauburne, Jean de la Vigne et Renier Koetken (*Gallia Christ.*, t. VII, col. 836 et sqq.). Leurs efforts, à Paris du moins, n'eurent pas l'effet qu'ils en avaient espéré, comme on le verra dans la note suivante n° 3. (Sur l'histoire de la première réformation des chanoines réguliers de l'ordre de Saint-Augustin, cf. Bibl. Sainte-Geneviève, mss. 615-619 ; sur la réformation de Notre-Dame de Livry, *Ibid.*, ms. 676, fol. 73 et sqq.) Cornelius avait composé, durant son séjour à l'abbaye de Saint-Victor, sept distiques en l'honneur de la fameuse bibliothèque de ce couvent, et qui se trouvent transcrits dans le *Stellarium sive corona auodecim stellarum Domus sancti Victoris parisiensis*, publié

mas, venerande Corneli, tabellarius Trajectensis. Nam eodem ipso die reverendus Parrhysiorum antistes[1], in disputatione publica apud Predicatores affuit, cui te meis verbis feci quam officiosissime commendatum. Visus est multum gaudere et veluti exhilarescere ad relationem tui nominis, non secus ac si te vehementer amaret, habuitque de te honorifica verba. « O si, (inquit) Cornelius habuisset nostratis lingue periciam, nunquam recessisset a latere meo, tantam inveni in eo eruditionem, pietatem, modestiam, religionem. » Hec antistes noster[2]. Preterea de tuis

par Mauburne (Bibl. nat. lat. 14366, fol. 46). De retour dans son pays, Cornelius, dans un nouvel ouvrage sur la Hollande, *Batavia sive de antiquo veroque ejus insulae quam Rhenus in Hollandia facit situ...* (Leyde, 1586, in-8), fait allusion à son voyage à Paris (p. 24) et à son ami Gaguin, *noster Gaguinus* (p. 21). Dans cet écrit, mis au jour par Bonaventure Vulcanius, on remarque, de ce dernier, une notice biographique de Cornelius ; quelques lettres (pp. 79 et sqq.) et un traité : *Diadema imperatoris* (pp. 99 et sqq.) (Bibl. nat. M 13741). Cornelius passa au couvent de Donck. C'est de cet endroit qu'il date la dédicace de son curieux ouvrage intitulé : *Apocalypsis et visio mirabilis super miserabili statu matris Ecclesiae et de summa spe ejus reparandae...* composé à l'occasion de l'élection d'Adrien VI au souverain pontificat et imprimé par G. Burmann dans son *Hadrianus VI sive analecta historica de Hadriano VI...*, Utrecht, 1727, in-4 (Bibl. nat. Inv. H 3125 (*bis*). Dans la dernière phrase du livre III de l'*Apocalypsis*, Cornelius donne à entendre qu'il était copiste de manuscrits (p. 298). — Dans les œuvres complètes d'Érasme, on relève quatre lettres de Cornélius à Érasme, t. III, epist. 416, 417, 418, 419, et huit lettres d'Érasme à Cornelius, epist. 407, 409, 410, 411, 412, 413, 414, 415. Cf. ci-dessus, t. II, p. 22, n. 3.

1. Jean-Simon de Champigny, élu le 20 décembre 1492, mort le 23 décembre 1502. *Gallia Christiana* (Paris, 1744), t. VII, col. 156-157.

2. Ce n'est pas le sentiment de Pierre Boucher, sous-prieur de l'abbaye de Saint-Victor depuis 1497. « Eodem anno (1498) in crastino assumptionis beate Marie, recesserunt e monasterio nostro sex illi religiosi cum converso, qui anno preterito ad preces regis Francorum, parisiensis episcopi et Curie Parlamenti, de Alemania ex capitulo Vin-

litteris illud, mi Corneli, veraciter sentio, tibi esse extemporalem dicendi scribendique facultatem, stilumque perelegantem, ut excusationis tibi non relinquatur locus, quin frequenter scribas. Et quid dicam. Tanta fluis puritate et candore ut me plurimum exhilares quom ad me litteras mittis, non quod meas tantopere scriptiones laudare consuevisti, sed quod recordatio tui, ipsaque tui ingenii dexteritas mihi perjucunda est, dum litteras tuas lego. Age, precor, suavissime Corneli, crebrius ad me scribe. Lego enim omnia tua, mediusfidius, perlibenter, non tam quod in meas laudes ubique effluis, quam quod studiosum te semper exhibes retinende amicitie et augende in

desinensi vocati fuerunt ad reformandam istam Domum. Videbantur enim se deceptos fuisse et tempus perdere. Morati sunt in ista Domo per novem menses cum dimidio, patienter expectantes si forte possent aliquam authoritatem et dominium in ista Domo habere, sicque Domum istam pacifice possidere : sed spe sua frustrati sunt, Domino aliter providente, qui occulta cordium respicit et ambitiosis resistere consuevit. Cognita enim insipientia et presumptione fraudulenta eorum, cepit episcopus Parisiensis eos negligere, ita ut eum peniteret quĩ eos advocaverat, cum vellent antiquas patrum et laudabiles constitutiones immutare et rusticos patrie mores in istam Domum introducere. Videntes ergo se ita despici, abierunt. Episcopus autem parisiensis dedit eis sex aureos pro viatico ; Domus nostra viginti aureos propter honorem fraternitatis et religionis unde exierant... In discessu eorum gavisi sumus supra modum eo quod discordias inter fratres seminabant, et apud seculares dominos Religioni nostre detrahebant. » Bibl. nat. lat. 14677, fol. 425 v°-426. — (Pierre Boucher, parisien, avait pris l'habit en 1480. Il fut sous-prieur de 1497 à 1503 et rédigea un journal dont le passage ci-dessus est un extrait. Il mourut le 30 août 1522. *Ibid.*, fol. 122 v°). D'après ce passage, la députation serait restée neuf mois et demi à Paris. Comme elle quitta Paris, le 16 août 1498, elle serait arrivée dans les derniers jours d'octobre 1497. D'après une lettre adressée par l'un des religieux au prieur et au chapitre de Windesheim, la députation serait arrivée à Paris « dominica ante Michaelis », soit le 28 septembre (Bibl. Sainte-Geneviève ms. 1150, fol. 1 v°).

Deum pietatis, in quibus procul dubio omnem instaurari legem apostolus testatur. Qui enim amiciciam colit, eum amare proximum necesse est : quem vero ipsa delectat religio, se quoque divinis oportet institutis accom[m]odet. Ceterum opus illud divinum quod alphabetico perstringens ordine *Alphabetum redemptorum*[1] appellasti, tam mihi (credas velim) placet, quam quod omnium maxime ; verba enim ipsa non minime nitent ; sententie vernant, carmen se erigit et ipsa diversorum alternatio versuum quammaxime delectat. Omnium eorum que *de hominis creatione, lapsu, reparatione*[2], nostrique Salvatoris et dive

1. Dans la notice sur Cornelius, Bonaventure Vulcanius parle ainsi de ce dernier : « Scripsit vero etiam alia multa quorum nonnulla hisce libellis adjecta sunt ; nonnulla apud me extant ; nonnulla a se scripta esse testatur, nondum in manus meas perixenerunt... » (ff. liminaires non paginés). Le ms. de l'*Alphabetum redemptorum* est conservé à la bibliothèque de Leyde, codex, n° 98 G. Il provient du fonds Bonaventure Vulcanius. Cet ouvrage lyrique, comme le qualifie Cornelius dans sa dédicace « Reverendo Patri domino Jacobo Cornelii priorum superiorum et totius capituli Sponensis vicario generali... » (fol. 5 v°), est précédé de plusieurs lettres de félicitations adressées à Cornelius Aurelius. La première est celle d'Arnold de Bost (fol. 1). Vient ensuite une poésie de Gaguin. « Liber *Alphabetum redemptorum* loquitur. Ad lectorem, et quantum illi profuturus sit his versibus profitetur. Carmen magistri Robertis generalis ministri Maturinorum, oratorisque regii. » Pièce de huit distiques fort médiocres, fol. 1 v°. Ce feuillet est sur parchemin, le reste du volume est sur papier. Lettre de Cornelius Girardus Aurelius à Trithème, abbé de Spanheim (fol. 2) ; réponse de Trithème à Cornelius (fol. 4) ; lettre de Gaguin, ici publiée (fol. 5 r° et v°) ; dédicace de Cornelius Girardus à Jacobus Cornelius (fol. 5 v°). Le ms. de 139 ff. est vraisemblablement autographe pour la plus grande partie. Le ms. de la Bibliothèque de Leyde, du même fonds Vulcanius, n° 99, est un autre ouvrage de Cornelius Girardus. En voici le titre : *Decades psalterii Davidici collecte per Aurelium psalten ex doctoribus Ecclesie Adamantio, Arnobio, Hieronymo, Augustino ad Theodoricum Harium collegii Gorchomii canonicum*, 92 ff. in-4.

2. Passage souligné sur le ms.

virginis Marie laudibus aut gestis dici possunt, pretermisisti nihil, in sententiis Magistrum [1], in verbis prope Ciceronem, in carmine Flaccum representans. Dignum plane opus quod eruditi, quodque relligiosi quod denique omnes in Dominum Jesum divamque virginem Mariam matrem ejus devoti et pii sibi merito vendicare debent, et quasi ad manum semper habere. Verum hec alias longiorem a nobis poscunt sermonem. Gaudemus te tanta ingenii fertilitate frui ut et prope divinus et extra hominem sis, ac summarum rerum contemplationi intentissime deditus. Omnes figuras veteris Testamenti ita ad manum habes ut quibus in locis quibusve rebus velis, concinne eas accom[m]odes et producas. Deinde ut res postulat, secreta intrans animi raperis supra te, et oculo mentali plurima perlustrans, tandem ad nostra redis, mores informas, vitam componis et orationibus inflammas. O felicia nostre etatis secula, que talem te sortita sunt, cui a Domino Deo peculiariter datum est integre de scripturis divinis sentire, et que recte sentis, pure latineque dicere. Ad me, Corneli, redeo. Gaudeo plurimum te memorem esse quantulicunque quod a me habere te fateris beneficii. Non pigritabor illud amplissimum efficere, cum in rem tuam fore cognovero, et meos familiares, Gallorum quoque reges subsequi faciam. Sed oro te ne ultra mihi studeas gratificari : in multorum et quidem doctissimorum testimoniis virorum quos commemorasti et qui meas scriptiunculas in celum tollunt. Crede, frater, unus mihi satis es probator et laudator ; quippe qui loqueris ut sentis ; neque palpare amicum aut ulli queris blandiri. Quare, ut verum fatear, synceritatem tuam et fidem pluris ipse facio

1. Pierre Lombard.

quam Aristotelis ingeniosas argutias. Vale, candor litterarum. Ex tuguriolo nostro apud Maturinos parrhysianos pridie kalendas marcii [1]. Confrater tuus in Christo et vere amicus Robertus Gaguinus Ordinis sancte Trinitatis primus sed indignus prefectus minister, tue charitati supra quam existimas animo et fortunis deditus [2].

90

(Paris, avant juin 1500.)

Gaguinus Erasmo.

Nec Cerealium, nec Anabasiorum [3] permittit me acerbissimus morbus meminisse, tam sum doloris impatiens. Dialecticen [4] tibi demitto quam remitte: aliquando provideas cum oratiunculis quas a me habes. Vale melius Roberto tuo [5].

1. Écrite à Cornelius après son départ de Paris (16 août 1498), cette lettre doit être datée de l'année suivante, 1499.

2. Cette lettre a été publiée par M. le Dr P. C. Molhuysen, *Cornelius Aurelius*, pp. 34-35 (tirage à part).

3. « Anabasii, veloces nuncii qui equis curribusque conscensis velociter aliquid perferunt: ἀνάβασις enim graece *ascensum* significat. S. Hieronymus adversus Ruffinum, lib. 3, cap. 1. Idcircone cereales et anabasii tui per diversas provincias cucurrerunt ut laudes meas legerent? » Du Cange, *Glossarium*, aux mots: *anabasii, cerealis*.

4. *Dialecticarum disputationum lib. III. Laurentii Vallae Opera*, Bâle, 1543, in-fol., pp. 645 et sqq.

5. *Erasmi Farrago epistolarum*, Bâle, 1519, in-fol., p. 252, et de l'édition de Leclerc, *Opera omnia*, t. III, p. 1, epist. XLVI, col. 44. D'après Richter, cette lettre est antérieure à juin 1500 (p. 37, n° 93). C'est une réponse de Gaguin à ce billet d'Érasme: « Erasmus Gaguino.

91

(Cerfroy, 26 avril 1472.)

Ad ministros Ordinis in capitulo generali Roberti Gaguini oratio[1]. [*Oratio ix.*]

Quod sepe per superius biennium optaveram, et a benignissimo omnium patre Deo votis omnibus sedulo postulavi, ut illucesceret[2] aliquando dies in quo vos, dilectissimi Fratres, hoc loco pacis tempore congregatos conspicerem, et post tot bellorum defatigationes aliquando tranquille consolarer reficeremque pabulo verbi Dei, atque linirem unguento suavissime quam ad vos gero caritatis, nondum plane nobis est, ut suspicor, impetratum. Nam quod hic consessus[3] noster non satis assidentibus est confertus, intelligo quosdam adhuc tempori diffidere, et aliquid augurari future tempestatis, vel timidos laboris domi torpescere, quam labenti Ordini suo consultum iri sua presentia maluisse. Nichilo tamen segnius patris exequemur officium,

— Cereales et Anabasii qui sint apud Hieronymum in Rufinum, non satis intelligo. De cerealibus somnio nescio quid. Utroque verbo vestigatores quoquo versus dimissi, significari videntur, tu me doceas velim. Dialectica Laurentii jampridem desydero : que si tibi sint, obsecro commodes ; sin minus, commonstres a quo mihi sint petenda. Bene vale » (*Farrago*, p. 252 ; édit. Leclerc, epist. XLV, col. 44, et Richter, p. 38, n° 94). Cette lettre de Gaguin n'est pas publiée dans le recueil de Bocard.

1. Cf. *Notice biographique*, t. I, p. 28.
2. elucesseret. A, fol. 59 v°.
3. concessus. A, fol. 60.

et eo quidem devotius quo Salvator Dominus Christus affuturum esse se dixit in medio duorum vel trium qui in nomine ejus fuissent congregati. Meum nempe est, viri Fratres, meum dico pro munere suscepti ministratus[1], principio conventionis hujus de litteris divinis apud vos salutarem admonitionem habere, ut primum omnium Deus ipse queratur a nobis ; qui cum recte quesitus est, reliqua omnia adjicere se benigne pollicetur. Ergo, ut mos est disseminatoribus veritatis et iis qui concionantur ad plebem, humilitatem Virginis comprecemur, que mediatricis officium materno jure consecuta, fert misericorditer patrocinium imbecillis. Nec enim illi poterit esse non grata salutatio, qua nuncius celestis Gabriel illam est officiosissime veneratus, si nos demissi et per humilitatem procumbentes petierimus insufficientiam nostram adjuvari supplemento gratie

1. On sait que Jean Halboud, *alias* de Troyes, ministre général des Mathurins, mourut en 1439, et qu'il eut pour successeur Jean Thiébaud qui dirigea l'Ordre environ dix-neuf ans, dit Gaguin, sans donner plus de détails (*Chronicum*, p. 100) : ce qui semble fixer la date de sa mort à l'année 1458. Raoul du Vivier lui succéda. Après un séjour de quelques années à Cerfroy, il vint se fixer à Paris. Il resta ministre général près de neuf ans (Gaguin, *Ibid.*). Fortement endetté, il permuta avec Gaguin alors ministre de la Maison de Tours, c'est-à-dire en 1467 ou 1468. A sa mort, survenue le 23 juillet 1472, Gaguin fut désigné administrateur de l'Ordre jusqu'au prochain chapitre général qui eut lieu le 16 mai 1473 et dans lequel il fut nommé à sa succession. Ce qui permettrait, en l'absence de dates précises, et en s'aidant des très vagues indications fournies par le contexte, de fixer la tenue de ce chapitre à l'année 1471 ou 1472. En effet, si Gaguin est venu à Paris en 1468, il dut attendre, ainsi qu'il le dit au début de son discours, deux années avant de réunir le chapitre général à Cerfroy, à cause de la guerre ; ce qui le reporte au 12 mai 1471 ou au 26 avril 1472, le chapitre général devant se tenir le quatrième dimanche après Pâques. *Statuta*, p. 16 (Douai, 1586). Certains détails du contexte semblent désigner de préférence cette dernière date.

spiritalis, cujus superabundantem esse Mariam supernus ad eam demissus orator confitetur. *Ave,* inquit, *gratia plena.*

Epistolaris lectio que celesti voce nunc inter rem divinam nobis insonuit, viri Fratres, verbum habet, quod, recte susceptum, nostre professioni conducere possit. Ibi namque ex persona Sapientie dictum audivimus, *in habitatione sancta coram ipso ministravi* [1]. Quam sententiam ex ecclesiastico fonte manantem, volo in ortos conscientie vestre brevi rivo derivare, ad irrigandam sementem virtutum quas cupimus in vobis per Deum bonorum omnium largitorem incrementum accipere. Neque animus est nobis purpurata oratione gloriam querere dicendi, sed modestissimo et facili genere locutionis verbum salutaris adortationis, instar patris, proponere. Quare per Domini Salvatoris expertam [2] omnibus bonitatem, per salutis vestre non oblitam caritatem, vos hortor, cum corporis aures nostris monitis adhibueritis, figite ipsum quod loquemur penitus in animos vestros, ne levissimi spiritus exemplo sermo noster hic aditum illic exitum inveniat [3]. Enimvero pro duplici verbo quod thema prepositum amplectitur, duabus etiam partiunculis rem omnem vix credibili brevitate percurremus. Habitationum namque varietate summatim recensita [4], ubi religiosus homo potissimum immoretur, cohibende instabilitatis causa, primum attingam. Deinde ne desidia atque oscitatione [5] lentescat, quo se ministerio exer-

1. *Eccli.* XXIV, 14.
2. expartam. A, fol. 60 v°.
3. Gaguin devait accompagner vraisemblablement ses paroles du geste de la main.
4. recencita. *Ibid.*
5. oscitationem. *Ibid.*

ceat perpropere monstrabo. De habitaculis omnium animantium, viri Fratres, illud primum constat, terram domicilium esse omnium mortalium et cuncta illic viventia, natura duce, diversari, ubi consistendi ceperunt exordium. Sed feris quidem alia, alia hominibus habitatio est. Ferarum rursus quedam silvas, alique abstrusissimas speluncas, nonnulle fluvios et altos aquarum gurgites inhabitant. Solis porro hominibus domos atque urbes condere, et mutuis se juvare auxiliis[1] tributum est. Qui cum divini cujusdam spiritus lumen acceperint, non in agris sub divo vagi, neque in silvis frondibus contecti, sed ad imbecillitatem suam muniendam firma in longos dies materia receptaculum sibi construxere. Ubi tametsi moderatrix rerum temperantia, et amica virtutum omnium paupertas sobrios animos tenuerit, sensim tamen habendi desiderium irrepsit, et opum damnosa[2] esuries luxum atque libidinem invexit. Quibus statim viciis labefacti homines, tanquam se perennes terre colonos ascriberent, civitatem habitationis (ut est in psalmis)[3] constituerunt. Hinc erigi in celum cepta est superba illa turris Babilonis; hinc domite crudelibus armis nationes. Hinc fera tyrannis; hinc denique imperia sunt amplissima comparata. Eo factum est, ut quot linguis genus loqui humanum, tot ferme videas habitandi modos in terris; ita ut patriam ubi quis natus atque educatus sit, alterum peculiarem sibi mundum esse persuaserit. Quin hereditarias[4] domos et patrios lares singuli prope homines orbem sibi atque imperium esse contendunt. Tuum, inquiunt,

1. auxilis. A, fol. 60 v°.
2. dannosa. *Ibid.*
3. *Psalm.*, CVI, 36.
4. hereditaris. A, fol. 61.

illud est, hoc meum. Quibus etsi est necessaria moriendi conditio, dolent se tamen esse mortales. Idque agunt, ut quia e terris est commigrandum, ipsi vel progagine liberorum vel nominis perpetuitate terram quam amaverunt perenniter inhabitent. Quamobrem, ut quisque diverso studio fuerit illectus, ita habitandi sibi domum atque contubernia hominum constituat. Singulis namque viciis quibus peccator addictus est, parem his locum, pares habitationis socios habet. Nam ubi facilius quam in mercato cum opulentis avarum, cum scurris parasitum, cum homicidis parricidam, cum effeminatis mulierosum hominem quesiveris? horum omnium in urbibus conventicula reperiri facile est. Qui, licet facie homines sint, tectoque et muris concludantur, rectius tamen illos cum beluis habitare, rectius pecudes esse putaveris; propterea dictum a sancto Hieremia illud esse puto : *habitatio tua in medio ydoli* [1]. Et item illud Danielis : *cum feris habitatio tua* [2]. Ydolum profecto feraque is pulchre estimari potest, qui vel forma tantum homo, domi torpens, nichil operatur, vel qui operibus se implicat immanium beluarum. Cujus generis ostenta Ezechieli premonstrans Deus : *Fili*, inquit, *hominis qui habitant in ruinosis* hi sunt [3]. Et antea quidem in verbis dierum, id est Paralipomenon, de filiis La[a]da et Maresa Spiritus sanctus dixerat : *hi sunt figuli* [4] *habitantes in plantationibus et* [*in*] *sepibus* [5]. A quorum, ut michi persuasi, diverticulis et iniquis

1. *Ierem.* IX, 6, *Habitatio tua in medio doli.* Gaguin change intentionnellement le dernier mot en *ydoli*, de même qu'il modifie le verset suivant de Daniel.
2. *Dan.* IV, 22 (*et cum bestiis et feris erit habitatio tua*).
3. *Ezech.* XXXIII, 24 (verset modifié par Gaguin).
4. *figula.* A, fol. 61 v°.
5. *1 Para.* IV, 23.

habitationibus quia facti estis alieni, illud licebit illis imprecari quod regius vates sapienter est imprecatus : *fiat,* inquit, *habitatio eorum deserta et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet*[1]. Vos divine religionis felices incole, qui decorem domus Dei et locum habitationis ejus diligitis, cum mundam et solidam, tum securam vobis habitationem sub umbraculo dominice crucis constituistis. Mundam dico carnis et animi puritate, recta intentione stabilem, nec contra spiritales insidias inquietam. *Quasi libanus*, inquit Ecclesiasticus[2], *non incisus, vaporavi*[3] *habitationem meam*. Non incisus ille atque intactus pulchre nominatur quem carnis commendat integritas, qui nulla exulceratus libidine virore virginitatis efflorescit. Quod si de firmitate religiose mansionis testimonium queritis, jam ad fundamenta que jacta sunt despicite, Christum Jesum quem divus Paulus petram appellat[4] considerate. Jactum est in eo stabilimentum omnis salutaris edificationis preter quod ponere nemo alius potest. Unde et Sansonem, quo nomine omnis religiosus homo non inepte vocabitur, Sansonem, inquam, legimus[5] in spelunca petre habitasse[6]. Qua in re beate religionis firmamentum requiesque datur intelligi. Spelunce namque vocabulum vacationem nobis a secularibus curis, petra soliditatem cenobitice conversationis exprimit. Vultis, dilectissimi Fratres, vultis securitatem cepte a vobis vite cognoscere? volvite animo turbulentas[7] sollicitudines ter-

1. *Psalm.*, LXVIII, 26.
2. *Eccl.* XXIV, 21.
3. vaporani. B, fol. 47.
4. 1 *Cor.* X, 4.
5. vocabitur, in quem legimus. A, fol. 62.
6. *Judic.* XV, 8.
7. turbulantas. A, fol. 62.

renorum hospitum. Cursitant omnes tracti vel opum desiderio, vel fluitantis glorie cupidine; in regiones abeunt longissimas, maria trajiciunt, mille se periculis objectant, rapiunt, congerunt, contendunt, digladiantur, fundunt sanguinem, diruunt urbes. Alius procul exulat, gemit alius domi, sibi timet, pro uxore, pro liberis cruciatur, ut tragicum illud experiri vere possit : *Turbine magno spes sollicite urbibus errant*[1].

Vobis autem, ut Apostoli verbo loquamur[2], *quis nocuerit si boni emulatores fueritis ?* Vos enim, semoti a seculo, vos regi Christo habitationem preparantes, canitis : *Elegi abjectus esse in domo Dei [mei] magis quam habitare in tabernaculis peccatorum*[3] ; et illud : *Beati qui habitant in domo tua, Domine*[4]. Gaudebo igitur, Fratres mei dilectissimi, et exsultabo in Deo Jesu meo, cujus dispensatione et concordibus animis vestris vos pascendos accepi, et in habitatione sancta coram ipso ministravi.

Jam suspicor quosdam vestrum apud se cogitare quid ministrationis nomen ipsum velit, cum habitationem nostram quietam atque ociosam esse debere narraverim. Ministrare namque ad negocium pertinet, religionem incolere officium est contemplantis. Si qua in vobis ejusmodi meditatio est, viri Fratres, sapite, oro, quomodo et quies religiosis, et quomodo negocium conveniat. Animus liber et quietus is solus est, quem supervacue atque inanes sollicitu-

1. *Turbine magno spes sollicite*
Urbibus errant, trepidique metus.
Seneca, *Hercules furens*, v. 162, 163.

2. 1 *Petr.* III, 13.
3. *Psalm.* LXXXIII, 11.
4. *Psalm.* LXXXIII, 5.

dines opum et glorie non occupant, quem fraternus livor non cruciat, in quem nullus timor calamitatis incidit, qui, spretis oblectamentis seculi, solius Dei amore intra septa religionis continetur. Sic pedibus Domini assidens Maria quiescebat. Sic doctor gentium Paulus, corporeis pressus angustiis, sed mente solidatus [1], dicebat: *Quis nos separabit a caritate Dei* [2]? Vobis ergo, Fratres carissimi, intus est, si boni estis, ocium ; foris exercitium et labor ; labor, dico, non cum seculo momentaneus et fluitans, non turbulentus, non anxius, sed cujus merces sit in celo sempiterna. *Voca* (inquit dominus vinee procuratori) *operarios et redde illis mercedem suam* [3]. Operarios certe nos Deus in hac sancta habitatione constituit, quibus singulis ovium, id est confratrum nostrorum curam mandavit, et ad pauperes suscipiendos esse voluit hospitales, deque liberandis captivis procurationem commisit. Anne forte in his tot susceptis rebus laudabiliter esse possumus ociosi? Quid ministri nomine nisi diligens suscepti operis executio signatur? Non enim prelationis, ut quidam nostrum inaniter gloriosi jactitant, neque dignitatis est vocabulum. Scribit enim ad Thimoteum Apostolus: *Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac evangeliste; ministerium tuum imple* [4]. Implebimus quidem, si per innocentiam mundissimi, si per sapientiam vigiles, si utiles per doctrinam, si per pacientiam viriliter ministremus in adversis. *Ambulans,* inquit per psalmistam Dominus, *in via immaculata hic michi ministrabat* [5]. Et

1. sollidatus. A, fol. 62 v°.
2. *Rom.* VIII, 35.
3. *Matt.* XX, 8.
4. 2 *Tim.* IV, 5.
5. *Psalm.* C, 6.

rursus : *Ero immaculatus cum eo et observabo me ab iniquitate mea* [1]. De pastorum autem vigilantia scribens Lucas evangelista : *Erant* [2], inquit, *pastores in regione illa* [3] *vigilantes vigilias noctis supra gregem suum* [4]. Et Petrus de doctrina ministrorum ait : *Unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratie* [5] *Dei* [6]. Igitur, Fratres et comministri mei [7] carissimi, simus aliquando cum Martha de rebus nostri gregis solliciti, nonnunquam vero cum Maria celestibus gaudiis intenti. Sic vivamus ut non vituperetur ministerium nostrum, sed sic nos existimet homo ut ministros Christi. Quos sue participes presentie Christus Jesus esse voluit semper, cum inquit : *Volo, pater, ut ubi ego sum illic sit et minister meus* [8]. Quod ipse prestare dignetur qui de celis missus non ministrari et presidere, sed ministrare et subditus esse non respuit. Amen.

1. *Psalm.* XVII, 24.
2. *Erat.* A, fol. 63.
3. illa, vigilans vigilantes. A, fol. 63.
4. *Lucæ*, II, 8.
5. gracie. A, fol. 63.
6. 1 *Petr.* IV, 10.
7. soliciti. A, fol. 63.
8. *Joan.* XII, 26.

92

(Paris, 16 mars? 1473.)

Ad doctores theologos pro instauranda Divi Maturini ecclesia Roberti Gaguini oratio prima[1].

Due res omnino, divini atque magnifici Doctores, michi apud vos dicendi fiduciam faciunt. Inprimis[2] enim tam humanis moribus vos institutos et litteris ad pietatem formatos esse scio, ut opem vestram demisse postulantes prompte semper et liberaliter adjuvetis. Neque aliter profecto quisquam fecerit, qui eam qua imbuti estis sapientiam profitetur. Fixum in animo tenetis illud magistri et salvatoris omnium Jesu Christi preceptum : *Estote misericordes sicut et pater vester misericors est*[3]. Res preterea quam paucis acturi sumus ita se omnium oculis inculcat, ut vel silentibus nobis vel forte oculere volentibus clamet et prodat sese, ita ut in revelanda hujus domus calamitate

1. Du Boulay date ce discours du 16 mars 1470 (t. V, p. 695); Crévier, du 16 mars 1472, sans donner la raison de cette correction (t. IV, p. 346); il fait d'ailleurs la même erreur que Du Boulay, en disant que Gaguin, lorsqu'il le prononça, était général des Mathurins (*Ibid*); Jourdain, tout en renvoyant à Crévier, date de l'année 1470 (*Index chronol.*, p. 295). Gaguin prononça bien ce discours en 1473, mais il n'était alors qu'administrateur de l'église Saint-Mathurin. Cf. la relation de Bourgeois, mathurin, ministre de la province de Picardie (*Gallia Christ.*, t. VIII, col. 1741), et la *Notice biographique* en tête de cette édition.

2. Imprimis. A, fol. 7.

3. *Lucæ*, VI, 36.

non longa admodum nec preparata oratione michi opus sit. Vos dum hac iter facitis, quocunque libuit oculos inflectere, miseras ruinas facile intueri potestis. Cum enim primum administrationis ejus curam accepi [1], sive sursum versus, sive deorsum quis aspectabat, nichil preter infractas tegulas et prolabentia tecta, nichil preter situm et squalidos parietes licebat offendere. Mea cura tamen instaurata sunt multa, et fratres mei Ordinis religiosiores, et domus ipsa paulo effecta est ornatior. Jam vero cum hec lacera tabulata, cum hos rimosos [2] parietes in quibus persepe convenitis, cum deambulatoria et procumbentes porticus columnas intueor; cum verso item in animo quas impensas hec ut instaurentur postulant, deficit me prope virtus et spe bene gerende rei destitutus tabesco. Quippe quem proventus omnes hujus loci, et omnino quidem unius anni non satis sint loco instaurando. Sed dat nonnunquam animum michi cum vestra benignitas tum Universitatis vestre singule Nationes, quarum alie sua jam nobis subsidia [3] tribuerunt, alie nondum quidem a nobis orate suam opem sponte pollicentur, hortanturque bene sperare de scholasticis omnibus quibus Maturinorum domus receptaculum est, et ad suos conventus faciendos domicilium honestatis. Quibus cum vestra quoque, ut speramus, commiseratio et facilis liberalitas accedet. Si enim cuiquam ex Parisiensi schola domus hec dispateat, in usus certe vestros et sacrosancte vestre Facultatis una nobiscum maxime communis est. Hic conventus omnes, hic gravissima vestra consilia, hic preces et rem divinam ex communi patrum instituto habetis semper

1. Cf. *Notice biographique*, t. I, pp. 29-30.
2. laceratos. A, fol. 7.
3. subsidias. *Ibid.*, fol. 7 v°.

et facitis. Ita fit, ut et vetustissimo usu et inhabitandi consuetudine vobis hic locus, vobis, inquam, peculiaris habeatur, et vester [1] ab exteris magis quam noster reputetur. Itaque cum tota urbe Parisiorum tria sint omnino domicilia que publica maxime fama percelebrat : dive matris Christi augustissimum illud templum [2], Palacium item legis et regum sedem [3]; hoc vere Divi Maturini collegium, quod vestra frequentia magis quam noster incolatus illustrat, tertium merito nominatur. Et nescio quidem an ullus in urbe locus sit hoc uno famatior. Priora namque duo Galliarum tantùm incole, Maturinos vero orbis fere christianus vestri causa pernoscit. Quamobrem cum forte meditabundus per hoc claustrum deambulo, sepenumero sum miratus cur ceteris minus hic esset locus ornatus et splendidus. Nam cetera urbis templa immo abstrusissima in aliquo angiportu sacella vel sculptilibus vel picturis decora sunt. Hec publica vestre Universitatis basilica non modo nullo ornatu et picturarum oblectamentis nitet, sed squalidis parietibus et iis quidem vetustate et neglectu semesis ac prope in terram prolabentibus deserta magis quam a vobis frequentata [4] judicatur. Non ita scholas suas, doctissimi Patres, prisci illi philosophi negligebant. Aliter suam achademiam curabat Plato. Suas porticus nitidius stoyci asservabant. Et illi quidem peripateticorum principi Aristoteli sua magis cordi deambulatoria fuerunt. Quin [h]ortulos etiam suos tuende voluptatis [5] gratia comparatos, et virentibus [6] arbusculis eque vivo fonte sca-

1. vestes. A, fol. 7 v°.
2. Notre-Dame.
3. Le Palais.
4. frequentate. *Ibid.*, fol. 8.
5. voluptati. *Ibid.*
6. virtutibus. *Ibid.*

turientibus rivulis Epicurus confecit, incoluit, irrigavit. Proinde ut scholis philosophi, ita schole philosophis decorem et famam addiderunt. Hic vero locus nomine tantum vestro[1] nobilis et clarus, re autem ipsa perobscurus, muscosus, fuliginosus, pannosi cujusdam hominis tuguriolum esse videtur. Itaque ex quamplurimis hominibus qui hanc urbem frequenter adveniunt est fere nemo qui non Maturinorum edes primum ardeat intueri. Cur ita? an forte quia decem hunc locum fraterculi possideant?[2] Trahit eos profecto magis vestra per orbem diffusa autoritas, hoc uno in loco ea se coram videre putant, que de vestra sapientia auribus tantum acceperunt. Estimant locum omnem exemplis abundare; credunt hinc documenta se sumpturos que in patriam perferant suam. Sciunt quidem vos collegia seorsum et scholas habere, in quibus de litteris et salutaribus disciplinis scrupulosissime disseratis. At quod hic id est, apud Maturinos de omni vestra republica sententias dicitis, quod edicta, quod decreta vestra et ordinationes inscribitis et firmatis, quod ad supplicationes divinas hinc digredi atque huc rursus reverti vos semper intelligunt, ita existimant Maturinos vobis cure esse quemadmodum Atheniensibus Ariopagum *(sic)* fuisse legunt. Cujus rei ipse etiam aliquando credulus, priusquam his oculis locum perspexissem, reputabam mecum sepe singulos hujus loci lapides latine posse loqui, atque insculptos esse vel preclaris imaginibus, vel ornatos variis historiis quas sibi singuli doctores exco-

1. vero. A, fol. 8.

2. Le nombre des religieux du couvent de Paris qui fut souvent au-dessous de ce chiffre, ne semble pas l'avoir jamais dépassé à la fin du xve siècle, ainsi qu'il ressort du dépouillement du cartulaire des titres anciens et nouveaux de la Maison de Saint-Mathurin (Arch. nat. LL 1549).

gitatas pinxissent. Verum si quis ecclesie fenestras vel gipso prestructas vel tenebrescente vitro subfuscas [1] videt, si quis non modo nudos et vacuos decoramentis, sed pulverulentos et obsoletos [2] nimia vetustate muros scrutatur, conjecturam facit neglecte et sprete habitationis vestre, minora reddit omnia que de vobis antea crediderat, abitque offensus tenuitate et incuria publicarum edium vestrarum. Atqui si quisquam vestrum est, ut vere esse debet [3], qui litterariis operibus, qui picturis, qui simulachris animos inspicientium ad gloriam monentibus, qui forte perennibus monumentis propagare et in varias orbis oras sedens transmittere nomen suum velit, celeberrimus hic locus est ad quem quisquam amantissimus egregiarum artium ex orbe pene universo velut [4] ad communem Minerve officinam commigret. Qua re recte sane adductus ille *Sphere* auctor Joannes [5] de Sacro Bosco delegit potissimum hoc loco sepeliri [6]. Et majores quidem vestri duos illos suos quondam

1. subfucas. A, fol. 8 v°.
2. Absoletos. A, fol. 9.
3. La parenthèse manque. A, fol. 9.
4. velut (manque dans A, fol. 9).
5. Johannes. A, fol. 9
6. Jean de Sacro Bosco (Holywood, en anglais) naquit à Halifax, dans le Yorkshire, à la fin du XIIe siècle. Il fit profession dans l'ordre des Trinitaires, à Aberdeen, et vint à Paris, appelé par Nicolas, ministre général de l'Ordre. Ses connaissances en mathématiques lui valurent une célébrité durable. Parmi ses ouvrages, le traité de la Sphère est celui qui a été réimprimé le plus de fois. Les détails sur sa vie font presque entièrement défaut. En 1219, il fit élever en l'église des Mathurins le cloître que Gaguin devait faire terminer. On voit, par le passage de ce dernier, que J. de Sacro Bosco avait désigné de préférence la maison des Mathurins pour y être inhumé. Sur le bord de sa tombe, placée dans le cloître, se lisait une inscription rapportée par Du Breuil et Malingre, *les Antiquitez de la ville de Paris*, 1640, in-fol., p. 225. L'autre épitaphe, de trois vers, qu'on voyait sur la tombe elle-même, est tirée d'une

alumnos, turpiter sane damnatos, sed ex patibulo honorificentissime tandem receptos, his in edibus humatos esse volue-

petite pièce qu'on trouve à la fin de quelques mss. seulement du *Computus*, un des traités de J. de Sacro Bosco. Elle est ainsi conçue :

O qui perpetua mundum racione gubernas,
Terrarum celique sator, qui tempus ab evo
Ire jubes, stabilisque manens dat cuncta moveri,
Tu stabilire velis opus hoc per temporis eorum.
M. CHRISTI BIS .C. QUARTO DENO QUATER ANNO
DE SACRO BOSCO DISCREVIT TEMPORA RAMUS,
GRATIA CUI NOMEN DEDERAT DIVINA JOHANNIS.
Annuat hec nobis hujus sic carpere fructum
Ecclesie Christi quod nos hinc fructificemus.
Amen.

Bibl. nat. lat. 7421, fol. 57 ; 7195, fol. 35 v° ; 7298, fol. 54 ; 7363, fol. 39 v°, etc. (mss. du XIVe s.). Les trois premiers vers sont de Boëce : *Philosophiae consolationis lib. III*, VIIII, v. 1-3. L'auteur du *de institutione arithmetica lib. duo*, le traducteur de la géométrie d'Euclide, était particulièrement familier à J. de Sacro Bosco : il n'est pas étonnant que ce dernier lui ait emprunté ces trois vers pour les mettre à la fin de son traité et qu'il ait composé le quatrième pour compléter sa pensée. Ce dernier vers est immédiatement suivi du mot « *Explicit* », dans le lat. 7196, fol. 18 ; des mots : « *Amen,*

Finito libro sit laus et gloria Christo,
Amen », lat. 7475, fol. 55 ; du mot « *amen* », cinq fois répété ; lat. 7416 B, fol. 49 v°-50 r°, etc. (mss. du XIVe s.). Les cinq autres vers ont été ajoutés après coup, après sa mort : ils passaient généralement pour en donner l'année. Les trois vers en petites capitales étaient ceux de l'inscription tombale. M. Paul Tannery qui a publié cette pièce (de neuf vers), d'après le ms. lat. 7298, accepte cette date de 1244. *Notices et ext. des Mss. de la Bibl. nat.*, t. XXXV (Paris, 1897), p. 583, n. 1. M. C. L. Kingsford regarde comme plus probable l'opinion de Vossius (*Hist. litt. de la France*, t. XIX, p. 2), qui fixait à l'année 1256 la mort de Jean de Sacro Bosco. *Dictionary of National Biography*, t. XXVII (Londres, 1891), p. 217. Figueras Carpi (*Chronicon*, p. 84-85), et après lui, Antonius ab Assumptione qui le reproduit, donnent l'année 1236 comme date de la mort de J. de Sacro Bosco, sans appuyer d'un témoignage quelconque leur affirmation (*Arbor chronologica*, p. 169). L'obituaire de l'église Saint-Mathurin de Paris infirme ces différentes dates, et donne pour la mort de Jean de Sacro Bosco la date du 12 octobre

runt[1], quod nullus celebrior erat locus qui vestre auctoritatis memoriam vulgatius pre se ferret. Itaque arbitrati sunt veras suas laudes hoc loco tamdiu asservatum iri, quoad vel Maturinorum edes extarent, vel memorabilis hec studiorum parens Universitas eas incoleret. Igitur cum situm et mucorem, cum squalores, cum hiantes rimas, cum ruinas, cum casus atque fortunas hujus vestri collegii animo volveritis, cum meas curas et sollicitudines, cum vel ad recte instituendos fratres, vel ad erigenda que procumbunt meam vigilantiam cogitaveritis, tandem, magnifici Patres, reputate vobiscum qui estis ; qua dignitate, quo gradu, qua sublimitate vester hic status cum Nationibus tum reliquis Facultatibus antecellit. Conferte parem animum rebus quas molimur. Vos vere sapientie professores, vos omnium virtutum laudatores, nolite oblivisci largitatis. Si majores vestri hunc locum perennem atque honoratum esse voluerunt, si unius monumenti perpetua vestra laude, si sua quottidiana frequentia, si consiliis, si foro et conservatoria jurisditione hoc sibi domicilium peculiariter delegerunt, si talem eum estimatis qui ad vestram famam et superabundantem gloriam conducere possit, misereat vos calamitatum quas cer-

1291. « Obitus venerabilis Johannis de Bosco, quondam ministri nostri, qui multa bona fecit ecclesie nostre ; et cum claustrum nostrum esset imperfectum, illud complevit. Anno. M.CC. nonagesimo primo. — (Novembris XII) ». Bibl. Mazarine, *Obituarium ecclesie sancti Mathurini*, ms. 3355, fol. 38 v°.

1. Sur Léger du Moussel et Olivier Bourgeois, les deux clercs écoliers de l'Université de Paris, pendus par ordre du prévôt, Guillaume de Tignonville, cf. Gaguin, *Compendium*, édit. de 1501, f. 109 v° ; *Mémorial de la Faculté de Décret*, t. II, fol. 144 r°, reproduit par L. Dorez et L. Thuasne, *Pic de la Mirandole en France*, Paris, 1897, in-18, pp. 200 et sqq. ; Paulin Paris, *Les manusc. franç.*, t. V, pp. 1-9 ; *Bibl. de l'École des chartes*, t. V (1843-1844), pp. 479 et sqq., etc.

nitis ; pudeat vos id neglectum pertransire, quod seniores vestri cum publicis tum privatis semper opibus sustentarunt, et quod vos ipsi pro contionibus vestris incolitis. Nichil hec profecto detrimenta, nichil he ruine et obstructe tam diu ecclesie fenestre nobis vituperationis afferent, quin in vos quoque ejus dedecoris partem rejiciant. Neque vestre mediusfidius satis dignitati feceritis, si Francorum atque Normannorum venerandis Nationibus fueritis tardiores ; quarum altera decem et octo, altera nobis ex suo erario regios aureos triginta non segniter deprompsit. Sed jam nichil ultra mea vos oratione distinebo. Vestro honori consulite, agite magnifice, subvenite atque opitulemini, precor, miseris rebus tam vobis quam nobis revera communibus [1].

93

(Cerfroy, 16 mai 1473.)

Roberti Gaguini de eligendo in suo Ordine ministro generali oratio vii [2].

Si constantis satis hominis officium esse putarem conla-

1. « Ce discours, dit Crévier, est bien fait : le style, sans avoir toute la finesse de latinité dont se piquaient alors les doctes italiens, est néanmoins bon, pur et correct », t. IV, p. 347. Cf. la lettre de Gaguin à Louis de Rochechouart, n° 14, t. I, p. 233.

2. Raoul du Vivier, ministre général de l'Ordre de la Sainte-Trinité, était mort le 23 juillet 1472. Gaguin avait été nommé, à son décès, administrateur de l'Ordre, charge qu'il remplit *laudabiliter et pro voto omnium*, dit le trinitaire Bourgeois, pendant près de dix mois avant le chapitre général de Cerfroy qui se tint le 16 mai 1473 et dans lequel il

chrymari et plorare, ego ipse imprimis, viri Fratres, in communi omnium nostrum merore oculos in lachrimas converterem, accusaremque profecto acerbissimam sortem nostram, que nos eo pastore privavit, quem Deus ipse nobis secundum cor suum contulisset. Pio namque et mansueto pastore nobis per immaturam mortem erepto, video singulis vobis gravissimum merorem injectum, sentioque diversos apud se diversa cogitare; et quosdam quidem immortalis Dei adversus naturam decreta obstupescere, alios autem de fortuna conqueri, per cujus inconstantiam is Ordini nostro sublatus est gubernator, quem nos ipsi fere omnes ad mortem antecedere putabamus, quem sperabamus huic nostre Religioni decus et gloriam, ut ceperat, allaturum. Verum quia neque Dei statuta, neque fati ordinem nostris fletibus immutare conceditur, in hoc publico nostro dolore fallacem in longos dies hominum spem et repentinos mortalium casus attendere debebimus. Datur siquidem nobis ab opifice rerum Deo vita ista perfragilis. Quantum vero longe progredi et dies nostros in illa deducere permissum sit, ignoramus. Illos, ut de se propheta Ezechias ait,[1] in exordiendo succidit interiens, alios in mediis annis mors inexpectata preoccupat. Ecce, hei dolor, ecce, inquam, nostri Ordinis amantissimum patrem, integra adhuc etate, robore, ut videbatur, firmissimo, vivaci spiritu, brevis hora consumpsit. Neque enim plus diebus quattuor febribus atque

fut élu. On sait que, de par les statuts de l'Ordre, le chapitre général ne devait avoir lieu qu'une fois l'an et devait s'ouvrir le quatrième dimanche après Pâques qui, en 1473, tombait le 18 avril (*Regula et statuta*, Douai, 1586, p. 16).

1. A et B donnent à tort « Ezechias », le 16e roi de Juda pour « Ezechiel », le prophète hébreu. Ce verset ne se trouve pas dans les concordances de la Bible.

profluvio ventris elanguit: homo proculdubio, religiosissim Patres, in quem cum natura multas corporis dotes contulisset, super quoque induxerat Deus animi virtutes quamplurimas. Preter enim membrorum aptissimam compaginem et carnis nitorem, quo gratior in dies exurgebat, tanta quoque mititate atque facilitate erat, ut quem exasperaverit neminem reperias. Quippe qui cum benivolus in omnes, tum liberalis et magnificus esset. Nichil in illo avaricia, nichil tristis tenacitas vendicavit. Audivi ego ex medicis, quibuscum frequenter versabatur, excogitatissimum aliquod artificium in eo dominam naturam fabricasse. Sed ne nos foris testimonium queramus, ad laudes ejus celebrandas satis ydonei testes acceditis, qui felicissimos hominis mores et dulcissimam humanitatem una mecum estis experti. Nam puericiam et adolescentiam in Dei servicio ita egit, ut ad colendum Deum et divinas res exequendas nullo tempore, nullo momento defuerit, attentus semper et vigilans ne quid de septenis diei horis sibi deflueret. Rem vero divinam et corporis Christi misterium tam sollicite, tam frequenter egit, quam solent questuosi sacerdotes. Age vero de vicariatu, quem ante susceptum majorem ministratum gessit, quid dicam? In illo enim tam digne versatum esse satis est signi, quod, defuncto pastore, vos illum concordibus animis delegistis antistitem. Quam dignitatem a vobis susceptam non inerti ocio passus est elanguere. Primum enim ad visendos fratres iter ingressus, singulas domos vestras adivit, visitavit, emendavit, improbos castigavit, stabilivit innocentes; inde vero domum reversus, regiam Parisiorum urbem habitare statuit, non ut quidam oblocutores mentiti sunt exercende voluptatis, non dilatande glorie causa. Illic enim in adeundis scholis, in colendis doctis hominibus tam sedulus

visus est semper, quam videmus juniores, quibus est magistrorum quotidiana coactio. In comparandis preterea amicis nemo magis sollicitus apparuit; ita ut in totam urbem atque inde in multas orbis partes fama percurreret majorem ministrum humanum esse, beneficum esse, magnificentissimum esse et dignum profecto cui pontificium deberetur. Per hanc sui nominis gloriam quo triumpho captivos, quos ex Granata[1] superioribus annis ipse deduxeram, susceperit, jam vel vidistis vel diversi audistis[2]! Introeuntibus enim nobis in urbem tanta fuit totius civitatis admiratio, leticia, favor, tanta festivitas, tantus denique per vias et compita applaudentis turbe concursus, quantus ad visendum exterum quendam maximum regem visus est unquam. Quid autem postea, subortis civilibus bellis, effecit, iis notum est quos ille domi famulantes habebat. Itaque rebus publicis, quas seditionibus agitari videbat, amarissime primum condoluit; verum summa illi suboriebatur de fratribus suis anxietas, quos oculis videre, quos consolari, quos confirmare non poterat. Illos siquidem ne devius[3] abduceret[4] error verebatur, non justius conditionis humane, que in malum prona, dum rectorem abesse et alio detineri presentit, tota ruit in vicium. Inter hos timores, atque pro suo grege desumptas sollicitudines pius pastor morbo conficitur; prolabitur in grabatum, decumbit in mortem. Qui mox de vita anime sollicitus, corpus medicis curandum exhibens, animum confessione mundavit. Meque mestissima voce advocans: « Nulla est, inquit, Roberte

1. Garnata. A, fol. 48; B, fol. 38.
2. Cf. *Notice biographique*, t. I, p. 17.
3. devis. A, fol. 48.
4. abducere. *Ibid.*

frater, nulla est tam jucunda et suavis societas quam non dissolvi morte conveniat ». Atque sub hac voce, sanctum eucharistie sacramentum, verum anime pabulum, sibi dari precepit. Nec mora, debile corpus sacro atque postremo oleo injungi postulavit, sicque circumstantes fratres admonens, orabat sui corporis depositionem Deo commendarent. Post hec, tertia fere hora que prima fuit post meridiem, adventantibus amicis qui decumbentem et extremum spiritum agentem solarentur, controversa in oppositum parietem facie, protensa cervice, quieto admodum corpore, pastor noster Radulphus vita defunctus est. O triste spectaculum! O inanes mortalium cogitationes et curas! Abeunt lachrymantes amici, relinquunt trajectum morte cadaver. Lugent fratres qui aderant mitissimo se parente destitutos ; sine vita, sine spiritu corpus plorantes conspiciunt, ex[h]alatam vero animam in celos deferri precabantur. Pretermittam dicere que pompa, quis amicorum globus, que populi turba in efferendo funere confluxit. Et quoniam aliam rem acturi mox sumus, me vos admonuisse satis sit tenere memoria quam fluxa et brevis est humana conditio, meminisse vero perenniter hujus nostri pastoris, qui vos in hac sede salutaribus monitis[1] instituens, salvos vos fieri omnes vehementer optabat. Cui ut nos postremas exequias persolvamus, pro illius anima commendanda funebrem Domino psalmum decantemus. *De profundis*, etc.

Jam[2] queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur. Non sum dubius, viri Fratres, tanta circunspectione vos esse, ut de futuro, quem petimus, pastore sententiam ferre possitis, que vobis vestroque sit Ordini salutaris.

1. montis. A, fol. 49 v°.
2. Itm. *Ibid.*

Quocirca pro vestra intelligentia nostram orationem moderabor, ita ut nostro officio satisfecisse nos magis quam impresentiarum vos docere voluisse facile judicetis, quanquam in hac questione, que de dispensatoris fidelitate proponitur, non parva suboriatur dubietas. Nam Marianam illam, que est apud Sal[l]ustium, sententiam veram esse jampridem eventus rerum comprobavit : multos scilicet non eisdem artibus imperium atque dignitatem querere et illam gerere susceptam [1] ; quorum etsi sunt honesta initia, quesita tamen simulatione dignitas illos plerumque reddit insolentes : *veniunt ad vos*, inquit salvator Christus, *in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces* [2]. Cautionem propterea atque probitatem vestram ad hanc rem quam agimus intendi vehementer postulamus. Primum Ordinis vestri statum consideretis oportet. Deinde quis illum instaurare, quis sanctimoniam suscitare, quis in susceptum religiose conversionis propositum dirigere, fovere et consolari vos possit. Si vestre religionis exordium memoria repetitis, si inspicitis quam controverse nunc omnia prolabuntur, veniet forte in mentem nemo qui ad gerendum inter vos ministratum vir satis idoneus habeatur. Seniores enim et principes nostri qui primum has silvas et paludes coluere, calcatis terrenis deliciis, spiritu ferventes, Deo soli servire contendebant. Et quod de primis Christi fidelibus lectum est, erat illis cor unum, et anima una, hoc est mens eadem, eadem voluntas, una ad honestas res consensio [3]. Corporis autem eatenus curam

1. *Jugurtha*, LXXXV (Première phrase, modifiée, du discours de Marius au peuple).

2. Matth. VII, 15.

3. Félix de Valois (mort le 4 novembre 1212), Jean de Matha, Jean l'Anglais, Guillaume l'Écossais, Michel d'Espagne, etc. Cf. Gaguin, *Chronicum de Majoribus ministris Ordinis sss. (sic) Trinitatis et redemptionis*

faciebant, quatenus ipsum spiritui subserviret. Parcimonia subigebant illecebras, humilitate superbiam, petulantiam modestia, vanitatem et omnem turpitudinem morum sanctitate conterebant. Erat illis summa [1] in Deum pietas, observatio, fervor; in custodiendis mandatis Dei vigilantia, longanimitas, perseverantia; erga majores suos dilectio, amor, reverentia; in confratres caritas, misericordia, pacientia; sine invidia, sine contentione conversabantur; nullus in alterutrum dolus, circumventio nulla, nulla indignatio. Pulchrum erat audire illos concordi voce in ecclesia psallentes, in refectorio per summum silentium pariter convivantes, absque vero strepitu in dormitorio nunc orantes, nunc brevi se somno refoventes. Quid vero de capitulo [2] dixerim? Illic simplicissimus quisque vicium [3], errorem, culpam confessione nudabat, penitentia tergebat, et delebat satisfactione; vidisses illos alacres operari manibus quotidianum cibum, scientes quia qui non laborat non manducet. His sanctis moribus effectum est, ut hinc Roma, hinc omnis Gallia, illinc vero longe lateque Hispania et Major Britannia nostrum Ordinem cognosceret, cognitum susciperet, susceptum exaugeret [4]. *Non potest*, inquit

Captivorum, à la suite de la *Regula et Statuta fratrum Ord. sanctissime Trinitatis*, Douai, 1586, pp. 92 et sqq., et l'Obituaire des Trinitaires, *Liber anniversariorum* composé dès 1222 et recopié en 1483 par ordre de Gaguin (Bibl. Mazarine, ms. 1347). Ce passage de Gaguin évoque le souvenir de Montalembert, mentionné plus loin.

1. summo. A, fol. 50 v°
2. capittulo. A, fol. 50 v°
3. vitium. *Ibid.*
4. Cf. les chroniques et histoires de l'Ordre mentionnées par M. Gmelin, *Die Litteratur zur Geschichte der beiden Orden S. Trinitatis und Beatæ Mariæ de Mercede*, dans le *Serapeum*, t. XXXI (1870), pp. 81 et sqq.; Antonino ab Assumptione, *Arbor chronologica Ordinis excalceatorum ss.*

Dominus noster, *supra montem posita civitas*[1] *abscondi*[2]; neque virtus quidem ulla sine nominis diffusione celari: virtutem semper gloria subsequitur. Quamdiu latuerit honestissima probitas et vite sanctimonia, denique tamen elucescit. An non vobis, Patres, seculum illud aureum, et vita illa fere angelica merito dici uidebitur, in qua mortales homines vite puritate, jam non in terris cum hominibus, sed in celo cum beatis spiritibus regnare videbantur? Nonne deliciarum locum claustrum esse recte putabimus, si illic et ii quos diximus mores, et illa virtutum societas haberetur? Nunquam tot in locis, michi credite, diffusum Ordinem haberemus, nisi majorum nostrorum probatissimis id esset meritis acquisitum. Sed nos quam longe ab his institutis deviantes aberraverimus, si pergam[3] memorare, temeritati forsitan ascribetis, qui ausim hoc loco silendos mores patefacere. Ego autem in dicendo sic agam, sic linguam temperabo, viri Fratres, ut nemo seorsum nostra se oratione sauciatum, sed universos in summa corripiendos intelligat. Qua ex re, quo homine, quo pastore, et, ut vere dicam, censore nobis opus est non ignoret. Itaque controversi[4] a veritate in pessimam nescio quam viam sumus omnes. Nos a Dei cultu ad mundanos ritus jampridem sumus delapsi[5]. Nichil minus[6] quam templo Dei inservire

Trinitatis, Rome, 1894, pp. 143 et sqq., et la bibliographie citée en notes de l'ouvrage de J. M. Prat: *Hist. de S. Jean de Matha et de S. Félix de Valois*, Paris, 1846, in-12.

1. *civitos*. A, fol. 50v°.
2. *Matth*. v. 14.
3. pergunt. A, fol. 51.
4. controversia. *Ibid*.
5. elapsi. *Ibid*.
6. nihilominus. *Ibid*

cogitamus, psalmorum tedio afficimur, gravis est nobis oratio. Canoras cum angelis [1] in choro voces velut nutricum fescenninas estimamus : corpore stantes vel incurvi, hinc oculos, illinc mentem habemus. Nichil nobis est suavitatis in ea re, quam voce, quam habitu, quam loco fingimus, simulamus, mentimur. Vivimus animis discordibus: hic forum, ille [2] mercaturam, hic publicos populi conventus et venatorias indagationes, ille aliud quid turpius quod nollim dicere consectatur. Sibi querit, sibi rapit, quo vel suam voluptatem expleat, vel suos infarciat; sancte vero communitatis interea tam memor est, quam vel latro per silvas, vel pyrate per maria. Irreligiositatem profecto nostram, discolitatem nostram, impudentiam me pudet meminisse. Age vero, quam sobrios dum cibum capiunt, quam silentes et pudicos in cellis, quam trepidos et humiles fratres nostros esse dicemus? Illorum crapulam atque ingluviem dicere, memorare clamores et petulantiam, temeritatem atque inverecundiam repetere refugit oratio. Atqui nullus est locus, qui apud nos sanctior habeatur. Passim cachinnantes, passim susurrantes [3], immovero vociferantes instar vilissimorum hominum nos videbis. Pro observatione contumaciam, pro obedientia repugnantiam, pro benivolentia simulationem, pro honestate turpiloquium nostra conversatio suscepit. O Deus immortalis, quibus in tenebris versamur? que nos caligo involvit? Patentibus oculis ceci sumus ; scientes volentesque perimus. *Ve vobis* (inquit Ysaias) [4], *qui dicitis bonum malum et malum bonum*. Factio nobis est industria ;

1. cum angelis cum. A, fol. 50 v°.
2. hic. *Ibid.*
3. surrantes. *Ibid.*
4. *Isaïe* V, 20.

multis enim esse communem et notum humanitas appellatur. Compotare, scortari, aleam ludere comitas est. Quis vestri propterea Ordinis sit status, luce clarius cognoscitis. Obscuri quidem sumus, et de nobis nulla in bonum fama celebratur. In estimatione, in ore hominum vilescimus ; et qui Deum ejusque traditiones contemnimus, ab hominibus relinquimur, spernimur, et ad nichilum fere redigimur. Domus nostre deserte prope sine habitatore corruerunt. Majoribus in locis, in quibus frequentiores fratres esse oporteret, vel rari sunt vel nulli ; et illi quidem seculares facti, habitu, incessu, gestu, moribus, vita laycos ritus profitentur [1]. Sed nimis forsan [2] vos urgeo. Nostras iniquitates audire jam erubescitis ; atque ut videre videor, optatis sordes istas, istas pravitates dillui ; ea que officiunt, que virtutem necant amputari ; instaurare Ordinem et tanquam modo genitos infantes nos regenerari atque institui ad vitam sanctiorem. Quod si hujuscemodi estis, querendus est summopere dispensator qui moneat, dirigat, impellat, cogat,

1. La décadence de l'observance dans les couvents, en France, était une des conséquences de la désastreuse guerre de Cent Ans. Cf. le P. Henri Denifle, *La désolation des églises, monastères, hôpitaux en France vers le milieu du* XVe *siècle*, Maron, 1897-1899, in-8, t. I et II. Le mal était profond : il ne s'étendait pas seulement à la France, mais à toute l'Europe. Trithème, en Allemagne, Savonarole en Italie (l'*Hodæporicon* d'Ambroise le Camaldule avait montré à quel point de corruption étaient tombés les couvents d'hommes et de femmes dans la péninsule), Ximénès en Espagne avaient signalé le péril de la situation et tenté d'y remédier. En France, on sentit le besoin de se ressaisir. Jean de Rély, aux États Généraux de Tours de 1484, avait insisté sur la nécessité de corriger les désordres et provoqué un mouvement de réforme qui, mal concerté, sans points d'appui suffisants n'aboutit qu'à demi, malgré d'illustres exceptions, rendit possible la Réforme, et nécessita la réunion du Concile de Trente.

2. forsitan. A, fol. 51 v°.

quem audiamus, quem sequamur, quem juvemus, de quo (quoniam de vestro statu satis disser[u]imus) reliquum est paucis vos hortari. Nam ab illo uno quem ducem assumetis, reliqua futura vita vestra, vel in confusionem vel ad gloriam resurget sempiternam, proinde sub exordio vobis proponitur. Jam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur. Non parva, viri Fratres, impresentiarum sollicitudo nobis incumbit, eum nunc hominem ex Ordine nostro assumere quem nostris cervicibus, nostris capitibus, nostre saluti imponamus. Censeo propterea nichil imprudenter, nichil leviter, nichil temere, sed omnia cum animi ratione et meritorum omnium discussu [1] faciamus. Est namque prudentis egroti discretio perspectanda diligenter, qui, propulsande valitudinis causa, non quemvis sibi medicum, sed prudentem, sed peritum, sed expertum et medice scientem accersit, a quo dum latentioris morbi fibras cognoverit, salutem accipiat. Cujus etiam cautionis non inscii viri militares, cum de sibi prefigendo duce [2] consultant, eum callide disquirunt qui ad labores perferendos fortis, ad disciplinam militarem instructus, in aggrediendis [3] arduis strenuus, in vitandis periculis circumspectus existat. Non minore quidem cura quam egrotum aut militem esse nos decet. Illi enim servandi corporis causam agunt; nos de immortali spiritu gubernando providentiam suscipimus. Cujus vulnera (spiritus dico) infelices pugne, mortes denique morte carent. Carnis enim dolores, pene, cruciatus suo interitu finiuntur; male autem directi spiritus languor erit sempiternus. Vellem igitur per has

1. discussi. A, fol. 52.
2. ducem. *Ibid.*
3. agrediendis. *Ibid.*

difficultates omnipotentem illum et cuncta scientem Deum celitus illabi, et [1] manifestis [2] indiciis talem virum nobis ostendere qualem esse eum qui hanc presidentiam gerat necesse est; ita ut contemplatione Moyses, diligenti autem ministerio Aaron esset, vel similis cujusquam eorum quos sacre littere maxima laude commendant. Non qui venator ut Esau, non qui muliebri ut Epycurus animo torpesceret, sed revera bonum hominem, si litteras scrutabimur, facile est nobis effingere, invenire vero difficillimum. Nam ut est in Judicum [3] hystoria [4] cum de preficiendo sibi rege ligna silvarum consultarent, non olivam, non ficum, non vitem, arbores fructiferas habere potuerunt. Ex quibus fructiferis arboribus boni pastoris mores [5] conjectari licet ; itaque in oliva mititas quedam et clementia pulchre figuratur. Pastoris enim lenitas et blanda [6] mansuetudo ut optimos [7] quosque hortando sublevat, ita deteriores interdum inflectit, mitigat, pacat. Quamobrem de fratribus [8] corripiendis Paulus Galatas admonens ait : *Vos qui spiritales estis hujusmodi instruite in spiritu lenitatis* [9]. Ficus autem heroycum virum et contemplatione sublimem exprimit, qualem esse dispensatorem quem querimus oportet. Necesse enim est eum qui medius inter Deum et homines statuitur, non inscium atque infrunitum esse. *Omnis*, inquit Apostolus [10], *pontifex ex homi-*

1. et (manque dans A, fol. 52).
2. magnifestis. A, fol. 52.
3. judicium. A, fol. 52 v°.
4. *Judic.* IX, 7 et sqq.
5. mors. *Ibid.*
6. blandea. *Ibid.*
7. optimo. *Ibid.*
8. fatribus. *Ibid.*
9. *Galat.* VI, 1.
10. *Heb.* V, 1.

nibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis que sunt ad Deum. In vite vero ex qua vinum producitur, fervor quidam [1] legis, et rerum disponendarum in domo Dei plane demonstratur. Ad dispensatorem namque spectat tam ferventem esse, ut suarum edium sordes expurget, evellat, mundet. Propterea, inquit Paulus ad Titum [2], *reliqui te Crete ut ea que sunt corrigas.* Dispensatoris igitur hi mores esse debent: benignitas, clementia, sapientia, caritas, zelus et fervor discipline. Quas res si in uno aliquo nostrum vix habere poterimus, cavendum [3] tamen nobis est ne quod de lignis silvarum scriptum est faciamus. Nam cum neque olivam, neque ficum, neque vitem regem habuissent, in pravum conversa ligna, rampnum sibi regem assumpserunt. Per ligna nempe silvarum sacris interpretibus placet, steriles et vanos homines intelligi, qui, honestis moribus abjectis, rampnum, id est infructuosum atque iniquum aliquem sibi preficiunt [4], qui suos electores, quoniam illis est persimilis, in sordibus facile jacere permittit. Est enim rampnus genus fruticis spinosum et asperum, in quo sterilitas, malignitas, duritas, rigor designatur presidentis, qui, more rampni, dum tangitur, pungit et vulnerat. Cujusmodi si dispensator erit, omnia in pejus ruant necesse est. Si enim ulla est in subditis feritas, ulla insolentia, si quis ad iniquitatem procursus, hi sunt lenitate primum admonendi, non asperitate, non pungentibus spinis stimulandi. Ea enim re in vicium precipites eunt potius quam revocentur ad virtutem. Ezechiel enim homo propheta, cum ad po-

1. quidem. A, fol. 52 v°.
2. *Tit.* 1, 5 (*desunt*, dans le verset).
3. canendum. B, fol. 40 v°.
4. proficiunt. A, fol. 53.

pulum captivum in Babyloniam[1] venisset, prius sedit et flevit ; deinde miseros consolatus, de futuris illos edocuit[2]. Et rector quisquis est bonus cum creditam sibi plebem viciis captivam esse resciverit, opere precium faciet si mores quietus primum inquirat, deinde commiserescendo lachrimetur, postremo vero que optima factu noverit adhortetur et jubeat. Quamobrem, his animadversis[3], dilectissimi Fratres, vos premonendos duxi, quis vester status, que vestre religionis conditio[4] cognoscere, attendere diligenter futuri dispensatoris mores, conversationem, vitam. Et si unquam vobis animo insedit vestrum Ordinem suscitare in gloriam, videre in vobis viros qui sanctitate prepol[l]eant, qui doctrina sint validi ; extollite aliquando oculos, circumspicite quem ex anteactis operibus spectatum satis habeatis. Si forte quisquam in vobis aliquando visus est in dirigendo Ordine sollicitus, alacer, providus, si nullum laborem pro vestro honore refugerit, si omnium[5] que jussistis fuerit fortunatus executor, si cogitarit, si dixerit, si re compleverit semper ea que vestris utilitatibus conducere videbantur, nichil more sit in hunc vota vestra, vestros consensus dirigere. Is profecto est quem quesitum dispensatorem, mea sententia, bonum, fidelem, probum, utilem, inventum habeatis. Si quis vero contra, timidus omnino[6] et velut anicula[7] vecors, ad focum et cineres delituit, si sibi tantum ipse cura[7] fuit, si nichil pulcherrimi facinoris est aggressus, sed superbis

1. Babiloniam. A, fol. 53.
2. *Ezec.* (*passim.*)
3. animadvesis. A, fol. 53.
4. condito. *Ibid.*
5. omnium. A, fol. 53 v°.
6. annicula. *Ibid.*
7. curi. *Ibid.*

forte moribus sese ponderavit insolens factus, silvis notus, feras insectans, si impinguatus domi, ventrem non sensum exacuit, si suos contrectavit improbe, si inde aliis malignatus suo se arbitratu judicarit, persuasum michi feci, optimi Patres, vos illum habere precognitum[1], et nequaquam inquirere hujuscemodi dispensatorem. Igitur jam finem faciemus. Vos tamen oratos volo, rectos et cautos animos habere ad eam rem. Ex qua, si recte succedet[2], commoda vos multa subsequentur. Sin controverse, quamdiu vita fruemini, ejus amarissime penitebit. Apud Cervumfrigidum, in concione generali Ordinis. Anno Domini 1473.

94

(Paris, 23 novembre 1476.)

Ad Joannem[3] *regem Portugallie dum Parisii ageret, anno salutis M. [cccc] septuagesimosexto Oratio. [viii]*

Quanquam[4] ego in ipso aditu salutationis et venerationis

1. preconitum. A, fol. 53 v°.
2. succidet. *Ibid.*
3. A et B donnent « Johannem ». Il faut lire « Alphonsum ». Cf. t. I, p. 262 et n. 2. Alphonse V, à qui ses succès sur le calife des Maures et la prise de Tanger (1471), auxquels Gaguin fait allusion dans cette lettre, valurent le surnom d'*Africain*, était venu en France, après avoir été battu par le roi de Castille, pour intéresser Louis XI à sa cause. Il fut très bien reçu, mais échoua dans sa négociation. Le chagrin qu'il en ressentit l'engagea à quitter le trône et à passer en Terre Sainte. Il sortit de Paris déguisé, mais bientôt reconnu, il consentit à retourner dans ses États et s'embarqua à Honfleur sur le vaisseau que Louis XI lui avait fait préparer. Alphonse V mourut de

mee, rex inclite, subvereor, ne cum officiosus esse Majestati tue studeo temerarius puter, propterea quod monastice parvitatis non sit celsitudinem regis adoriri [1], atque id orando tentare quod primores civitatis exequuntur, summa tamen caritas et sanctissima amicitia qua te rex noster christianissimus inprimis prosequitur virtus item plurima quam de te apud omnes fama divulgat, me vel in abditissima heremo latitantem ad te visendum evocasset. Non enim adventui

la peste le 28 août 1481. Le récit le plus circonstancié de son séjour à Paris nous est fourni par Ambroise de Cambray dans le *Mémorial de la Faculté de Décret* dont il était doyen à ce moment. Sa relation doit être rapprochée de celle de la *Chronique scandaleuse* (t. II, pp. 25 et sqq.), et soulève une intéressante question littéraire à élucider. Cf. Fournier et Dorez, *La Faculté de Décret au* XVe *siècle*, t. II, pp. 316 et sqq. — Sur la réception du roi de Portugal à Orléans, cf. Bibl. nat. fr. 10426, fol. 243, 245, et Couret, *Bulletin hist. et philologique* (1898) et tirage à part, Paris, Imprimerie nat. 1898, in-8 de 6 pages. — Le 4e compte de Denis Hesselin fournit de très intéressants détails sur l'entrée et le séjour du roi à Paris. Bibl. nat. fr. nouv. acq. 3243, fol. 12-13 v°. — Pour l'ensemble, cf. Ruy de Pina, *Chronica do Senhor rey D. Affonso V* (Lisbonne, 1790, in-4), dans la *Collecçao de livros ineditos de hist. portuguesa*, t. I, chap. 194, 195, 200, 203, pp. 567 et sqq. Dans sa sollicitude pour son royal hôte, Louis XI avait prévu le cas où la solitude lui aurait trop pesé. « El Rey de França enviou dizer despois a el Rey Dom Afonso, que para elle convidar alguma gintil dama, como era husança e cortesya de feu Reyno, lhe pedia que quysesse delle tomar em tanto cynquoenta myl escudos d'ouro » (*Ibid.*, p. 573). Il aurait refusé cette double proposition (*Ibid.*). La vérité, c'est qu'il lui fut remis 12 833 l. 6 s. 8 d. tournois pour 8 000 écus d'or de 32 s. 1 d. t., à cette fin de le défrayer de la dépense qu'il avait faite (Bibl. nat. fr. nouv. acq. 3242, fol. 13 v°). Cf. la dépêche de Francesco Petra Santa au duc de Milan, en date de Tours, 12 août 1476. *Notizenblatt* (Vienne, 1856), p. 193. Francisque Michel, qui parle de ce voyage en France du roi Alphonse, ne cite nulle part Gaguin. *Les Portugais en France et les Français en Portugal* (Paris, 1882, in-8), pp. 12 et sqq.

4. quamquam A, fol. 53 v°.

1. adorириri, A, fol. 53 v°.

isti tuo gratulari non poteram [1] qui et regi et Francis omnibus esset perfestivus ; neque postponere michi fas esse putabam hominem regem in quem tot corporis et animi dotes natura collocasse predicatur. Feras ergo, Rex, precor, ut tua virtus postulat, pusilli sed bene tibi optantis hominis presentiam ; feras gratulatoriam sine fuco adulationis vocem, que in hac omnium admiratione dignitatis et virtutis tue minime tacere potest. Littere namque cum leguntur, si priscorum hominum [2] memoriam admirabilem reddunt, cur tua nos jocundissima presentia, tui generis claritudo, tua spectatissima sapientia in admirationem et tuas laudes non excitet? Fuisse multos scimus quos sola fortuna, quos generosissima prosapia, quos magnitudo meritorum ad regnum evexit. Hec profecto tibi omnia, Rex generosissime, suffragantur. Tu rex ex regibus ortus, regis nomen et meritum adeptus es. Et ne tue nobilitatis primordia neve Alfonsi Bravi [3] (a quo tua origo deducitur) insignes victorias repetam [4] altius, id de tui generis claritate vere dicere possumus [5], vidisse nos etate nostra magnos christiani orbis principes ex tua illa nobilissima Portugallensi domo conjuges quesivisse, magnaque virtute preditas mulieres fide, constantia, pudicitia, sanctissimas feminas adequasse, quarum alie jam vita functe sunt [6]. Superest alia Castelle vetus

1. poterem. A, fol. 64.
2. hominem. *Ibid.*
3. Alphonse IV, dit le Brave, mort en 1357. Il avait pris part à la fameuse bataille de Salado contre les Maures le 30 octobre 1340.
4. repetem. A, fol. 64.
5. possimus. *Ibid.*
6. Gaguin fait allusion à Isabelle, duchesse de Bourgogne, sa bienfaitrice au couvent de Préavin. Elle était fille de Jean Ier de Portugal et de Philippe, fille du duc de Lancastre. Elle était morte en 1471. Sa nièce, l'infante Léonore, avait épousé en 1452 l'empereur Frédéric III.

regina [1] que tua est soror ; superes et tu (et longo utinam evo supersis, magnifice Princeps) qui non veterno atque desidia passus es acceptum a majoribus regnum diminui, sed fortitudine, temperantia, religione, diligentia ceterisque que in optimo principe esse debent virtutibus majores tuos exuperas ; ita ut hanc corporis et membrorum omnium quam in te conspicimus elegantiam non incassum natura tibi donaverit, quam studueris robore et constantia animi suffulcire et decorare factis illustribus. Quis enim te non splendidum meritoque predicandum regem dicat, cujus gesta miratur orbis christianus? Tua virtus victorem exercitum ex Affrica semel atque iterum reduxit [2]. Tua virtus validissimas urbes salvatori Christo subjugavit, obtrivit inimicum nomen Mahumeti, vexillum nostre redemptionis erexit. Digniora sunt hec quam excursiones nonnullorum, quibus vicine urbes subruuntur. Sed supersatis ad virtutem esse judicasti eum persequi hostem, qui non modo tibi, sed christicolis omnibus esset inimicus. Qua in re et corporis firmitudo et animi tui non superabile robur ostenditur. Age vero preter bellicas tuas laudes quanta predicaris gloria rerum domesticarum. Fama est, modestissime rex, fama est, inquam, nec, ut puto, mendax, familiam tuam totam et longos famulantium tibi ordines tam modestos, tam temperatos et quietos convenire, quantum vel bene compositos in monas-

1. Jeanne, fille d'Édouard de Portugal et de Léonore, fille de Ferdinand, roi d'Aragon et de Sicile, avait épousé Henri IV, roi de Castille.

2. Gaguin ne parle que de deux expéditions en Afrique : en réalité, Alphonse en avait fait trois : la 1re, en 1459, avait été heureuse. C'est à cette occasion qu'il avait fondé, à son retour, l'Ordre de l'Épée. Dans la 2e qui eut lieu en 1464, il échoua devant Tanger. La 3e, en 1471, fut couronnée par la prise d'Arzile le 24 août, puis par celle de Tanger (*Art de vérifier les dates*, 1770, p. 829).

teriis esse decet cenobitas. Que res addit ad alias tuas laudes gloriam non minimam. Nemo enim, nisi ingenio preditus bono et celsa animi virtute roboratus, res militares simul et domesticas facile administravit bene, propterea quod in bellis semel effusa licentia vix ad modestiam et frugalitatem privatarum rerum soleat revocari. His tuis virtutibus adducti, non in desertum eximus videre arundinem vento agitatam, sed erectissimam velut in aliquo templo columnam, in qua virtutum omnium preclarissima exempla suffixa sint. Ceterum preter hec que in te uno coram intuemur, illud item non vacat laude, quod ad Gallos et Francorum amplissimum imperium ab ipsis ferme herculeis columnis rex Hispaniensis venisti, societatem atque amicitiam christianissimi regis expetisti, conjunxisti, fide firmasti[1]. Nulla enim gens est (quo verbo nullis nationibus detractum iri velim), nulla est gens toto orbe, cujus societate atque amicitia consultum rebus tuis magis esse possit : primum quod tota ferme Hispania, mari circumfusa, solis Francis continenter conjungitur ; deinde propter vetustissimam gentis tui imperii originem et longissimas cum nostratibus hominibus consensiones animorum. Tradit enim Strabo[2], auctor geographus, Celtiberos, id est Castellanos (quorum tua est ditio) a Celtis qui Franci nunc appellantur

1. Allusion au traité d'alliance conclu entre Alphonse de Portugal et Louis XI. L'original existe aux Archives nationales, J 605, n° 81. Il a été publié par Georges Daumet, *Étude sur l'alliance de la France et de la Castille au* XIVe *et au* XVe *siècles* (Paris, 1898, in-8, pp. 253 et sqq.). On remarque au bas de cet instrument la signature du notaire François Ferrebouc, l'ami intime de Gaguin. Cf. ci-dessus, t. I, p. 185, n. 1.

2. *Geographia*, lib. III. c. IV (p. 131, ligne 26 ; p. 134, l. 41). — *Scriptorum graecorum Bibliotheca* (Collect. Didot, Paris, 1853).

esse progenitos. Constat quoque multos jam annos inter Francie Castelleque reges intemeratam societatem perdurasse [1]. Gentis igitur exordium et longissime societatis consuetudo te ad Francos recte sane perduxit. Est quoque aliud non tibi, Rex gloriose, contemnendum ; quod, quia facile pernosti et jam ad finem pergit oratio, frustrane commemorem ? Ea est, Rex optime, gentis Gallorum in bellis gerendis virtus, ea in societate servanda firmitudo, ut quos juvandos susceperint Galli, eos vel suis sedibus pulsos restituerint, vel ab injuria defenderint, vel aluerint omnibus fortunis destitutos ; ita ut formidolosa sit omni terre Gallorum manus. Circumgira, si placet, animo singulas orbis partes : nullam invenies que monumenta virtutis Gallorum non habeat. Quis Asie atque Orientis priscos reges olim stipavit, protexit, munivit? Gallorum virtus. Quis ad delendam surgentis Romani imperii gloriam propius accessit? Gallorum virtus. Testis est Capitolium, cujus vigiles adversus irrumpentes Gallos garrulus anser excitavit ; testes sunt undecim maximi romani Pontifices quos sede ejectos Franci reges, fusis Romanis, reduxerunt. Et Germania quidem tota (licet ferox) testis est, cujus barbarissimos [2] mores Caroli Magni temporibus Franci suppetias sociis ferentes domuerunt. Scis ipse, magne Rex, Castellanis regibus quam commodi fuerint Franci, cum inter Henricum Petrumque de regno Castelle contendentes, Bertrandus conestabularius francus victoribus armis intercessit [3]. Nolo in notissimis tibi rebus diffusius pervagari. Abunde michi est ad congratu-

1. Cf. Daumet, *ouv. cité*.
2. barbarismos. B, fol. 42 v°.
3. Cf. Daumet, *op. laud.*, pp. 27 et sqq., et précédemment, p. 199, n. 4.

lationem incidisse tibi consilium eam gentem, eumque regem in societatem atque amicitiam virtute et meritis tuis comparasse, ex quibus quicquid sive bello sive pace gerendum duxeris firmum presidium et gloriam possis adipisci. Quamobrem cum in te sint, magnanime Princeps, et valitudo corporis potens, et virtus animi precelsa, cumque jam sublimibus factis maximorum regum gloriam equaveris, cum socium et amicum regem christianissimum eundemque potentissimum nactus sis, tibi gratulantes, primum oramus memineris regis et populi Francorum erga te benivolentie, initam societatem firmiter asserves, amicitiam sanctissime colas. Ejus rei gratia certant viritim omnes tibi applaudere, tuisque rebus perenniter obsequi. Atque ego maxime si quid est quod meus Ordo possit, id totum tuis jussis offero, tuis votis presto atque paratum esse denuncio. Illud unum et quidem sub calce orationis a tua liberalitate verecunde postulans, cum in regnum illud magnum Castelle felix adveneris, fratres mei Ordinis qui istic, qui in regno Portugallensi tuo sunt plurimi [1], commendatos suscipias, susceptos diligas, dilectos et obsequiosos tue Majestati perfoveas; ipse ego pariter cum illis preces feram ad celos, ex quibus bene semper prosperandi virtus aliqua tibi demittatur.

1. Cf. ci-dessus, n° 26, et plus loin, n° 102.

95

(Paris, 17 septembre 1478.)

Roberti Gaguini cum bac[c]alariorum examen in collegio doctorum juris pontificii ingrederetur [1] *[Oratio ij.]*

Cum ego hodie post nocturnam quietem, ut fit, purgata mente volverem, prudentissimi Doctores, quas res versare et sustinere decanum vestrum oporteat, cepi maxime intelligere verum esse quod ab Ecclesiaste, rege omnium sapientissimo, dictum est: *Cunctas res difficiles esse* [2], *nec sermone posse facile comprehendi.* Itaque sordide artes que parvo labore discuntur, si in exercitationem descendunt, anxietatem habent ; ee vero quas cum animi voluptate disciplinas

1. Ambroise de Cambray, doyen de la Faculté de Décret, rapporte ainsi cet événement dans son Mémorial : « Jovis, XVII[a] septembris, supplicarunt in collegio ordinario Facultatis recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico Venerabilis pater dominus, frater Robertus Gaguinus, vir magne litterature et extimacionis, regius consiliarius, tocius Ordinis sancte Trinitatis et redemptionis captivorum Generalis, ac minister domus sancti Mathurini Parisius, et Vincentius Fareti, clericus Claromontensis diocesis. Quorum visitatis cedulis, per decanum sibi assignata decretali, fuerunt examine premisso, die jovis XXIIII[a] immediate sequentis ejusdem mensis admissi ad eundem gradum. Et prestitis per ipsos solitis juramentis, solverunt pro bursis prefatus Gaguinus sex scuta cum quibus dispensatus extitit super proposito et invitacione, et Fareti duo scuta cum medio. » (*Bibl. de l'École de droit de Paris, Mémorial*, t. II, fol. 43 v°, et de l'édit. Fournier et Dorez, t. II, p. 386). Cf. *Notice biographique*, t. I, p. 44 et n.

2. *Eccl.* I, 8. Le texte exact est : *Cunctae res difficiles, non potest eas homo explicare sermone.*

comparamus, non carent molestia. Nemo tamen fere est qui priusquam incipiat satis secum reputet angustias et difficultates operandi. Sive audimus sive intuemur agentes artifices, pro nostro illos ingenio atque doctrina judicamus. Et illum quidem per industriam prompte et facile, hunc vero nature beneficio ad aliquam rem vel natum, vel minime ydoneum arbitramur. Cum autem ad agendum quisque aptissimus accedit, sentit omnino difficillimas esse partes actionis, experiturque longe operosius esse negocium quam verbum. Quod cum alias sepe, nunc inprimis ita michi evenisse non nego. Nam cum ego coram intueor fortissimos pugiles et bac[c]alarios qui ex adverso signum pugne expectant, pars michi timoris incutitur, et ita incutitur ut, quamvis illos intelligam reverentia vestra atque hujus loci opinione permoveri, ipse tamen, qui in aciem primus sum descensurus, subvereor mei nominis et fame facere periculum. Sed quia in procinctu hinc atque hinc parate jam acies consistunt, audebo, canente tuba, castris egredi et initium facere certaminis. Et si qua in pectore per imbecillitatem formido surrepsit, illam expectorabimus. Vosque ante omnia, venerabiles athlete bac[c]alarii, admonebo[1] considerare triplicem esse hominis in terra militiam : unam que viribus corporis, alteram que animi robore atque virtute geritur, terciam quam spiritu et gratia contra spiritales insidias suscipiendam amor eterne felicitatis inducit. In illa que in corporum firmitate est, seculi milites alii luctari, alii currere, digladiari quidam, jaculari complures, torquere arcus et machinas plurimi perdiscunt, ut ejus videlicet partis quam cum pecoribus communem habent gloriam

1. amonebo. A, fol. 21.

adipiscantur ; et eam quidem marcessibilem et mox vel morbo vel memoria obliteratione [1] perituram. Illa vero que ingenio et studiis queritur, quanquam multis generibus distincta sit, plurimum tamen sibi laudis vendicat exercitatio litterarum, in qua si quis perfectissime excellat, is, ut inquit Aristoteles, Deo simillimus [2] habetur [3]. Nam quemadmodum carnea mole participamus cum beluis, ita ingenio et rationis viribus proxime ad Deum conscendimus. Excellere nempe animo, preclaris artibus eminere, hominis est bene a natura, bene ab humanitate instituti. Deficere vero in cognitione veri, non erubescere, per ignorantiam atque imprudentiam labi et jacere, nescio quid ad dementiam, dicam significantius stoliditatem, proprius accedat. Quod Terentianus etiam ille Gnato [4] confessus : « *Dii*, inquit, *immortales, homo homini quid prestat, stulto intelligens* [5] *quid interest?* [6] » Unde recte michi Juvenalis comparare videtur simulachro hominem a doctrina destitutum, eumque vere hominem appellare, qui animum virtute, mentem disciplinis,

1. oblitteratione. B, fol. 16 v°.

2. similimus. A, fol. 21.

3. *Morale à Nicomaque*, liv. X, chap. VII, pp. 452 et sqq. (*Morale d'Aristote*, trad. de Barthélemy Saint-Hilaire, t. II).

4. nato. A, fol. 21 v° ; Gnato B, fol. 17. — « Gnato » pour « Gnatho » : c'est également l'orthographe de l'édition de Térence dédiée à Gaguin par Paul Hemmerlin, Paris, 1499, in-8. Sig. Fiii (dans cette édition, la division des vers n'est pas marquée : ils sont imprimés comme de la prose, à lignes continues). Cf. également le passage d'une lettre de Francesco Nelli à Pétrarque. Denis Cochin, *Un ami de Pétrarque, lettres de F. Nelli*, Paris, 1890, p. 167.

5. intelligetis. A, fol. 21 v°, B, fol. 17.

6. Le vers exact est :

« *Di immortales, homini homo quid præstat? stulto intelligens*
Quid interest? »

Eunuchus, acte II, sc. III, v. 232.

curam et diligentiam decoris studiis atque negociis excoluerit. Nam adversus eos qui generis excellentia superbiunt [1] et mentem indisciplinatam habent, obscurum quempiam atque ignobilem, sed doctrina insignem his versibus obiciens, sic ait:

Nullo quippe alio vincis discrimine, quam quod
Illi marmoreum caput est, tua vivit imago [2].

Et paulo supra :

Tamen, inquit, ima plebe quiritem
Facundum [3] *invenies. Solet hic defendere causas*
Nobilis indocti; veniet de plebe togata
Qui juris nodos et legum enigmata solvat [4].

In hac ingenii et doctrine militia supersatis eruditus fortis athleta David omnis homines hortatus est non fieri similes equo et mulo [5], quibus intellectum nullum inesse constat. Quem sapientem patrem sapientissimus filius Salomon studuit imitari, qui auro atque divitiis sapientiam anteponens [6], illam e sede magnitudinis Dei sibi demitti postulavit. Hanc quoque militandi prudentiam Christus Deus, ut divus Lucas tradit, voluit exercere, cum inter doctores et legisperitos Hierosolimis eum disputantem parentes invenerunt [7]. Eandem Plato sapientiam cum *de Republica* et Aristoteles cum *de Politia* libros edidit, sequi et amare do-

1. superbium A, fol. 21 v°.
2. *Sat.*, VIII, v. 54, 55.
3. *Facundus* A, fol. 21°, 8°.
4. *Sat.*, VIII, v. 47, 48.
5. *Psalm.* XXXI, 9.
6. *Prov.* VIII, 10.
7. *Luc.* II, 46.

cuerunt. Tertiam, que in colluctatione viciorum et virtutum miliciam [1] a nobis posita est, relinquimus. Ea enim ad religionis potissimum gymnasia conducit. At quandoquidem in studiorum et jurisprudentie concertationibus multos annos mentem atque ingenium exercuistis, nunc omni parte instructos fortes baccalarii vos esse oportet, qui ad probationis eruditionis vestre certamen descendistis, ut sive eminus hostis sive quominus prelietur, vos stare loco et ordinem servare fixo pede desudetis: neque timore deficiatis adversum jacula et machinas pugnantium doctorum ; sed consistite firmo robore, seu cesim seu punctim vos premat acerrimus impugnator. Nolite paventes tergiversari. Sed si vulnus accipiendum erit, quod Deus inhibeat, pulchrius existimetis a facie quam a tergo vulnerari ; quanquam ita paratos et undique armatos ad hoc certamen descendisse ex vestro vultu conjector, ut putem vos neminem formidare eorum qui contra dimicaturi succedent. Quos non ut [2] inimicos et hostes, sed ut ludi et scholastice exercitationis instructores estis frequenter experti. Assunt enim non ut vincant, non ut triomphent, habita victoria, sed ut exerceant vos et probent, probatos deducant ad lauream licentie. Quapropter vos, magnifici Doctores, plena fiducia hortabor. Conspicite benignis animis assidentes vestros discipulos, qui non ferro pugnaturi convenerunt. Intuentur enim vos tanquam judices suorum studiorum. Intelligunt, si contra steteritis velut longa milicia [3] et multis certaminibus exerciti, facile factu esse ut a vobis superentur. Duas igitur personas hoc loco induere vos oro, unam que humanissimi patris, alteram que

1. militiam. A, fol. 22.
2. ut (manque dans A, fol. 22).
3. militia. A, fol. 22.

equi judicis officium gerat. Ad judicis partes merita causarum indagare et diligenter scrutari spectat. Ad quam rem illud sapientiam vestram afferre decebit ; quod jurisprudentia sepenumero vos docuit. Ne multiplici videlicet et supereffluenti sermone et, ut gregoriano more dicamus, loquacitate incauta jaculum disceptationis [1] emittatis, quod revocari sine dedecore non possit ; ne blandimentis et improba assentatione a severitate probationis sitis alieni ; neve jactatione et inani appetitione laudis evecti, novum et insuetum huic loco pugne genus afferatis, quo aut hujus examinis gravitas insolescat, aut vestri auditores attoniti reddantur. Sciscitabimini potius et interrogabitis ex integro que sit in quoque horum qui decertaturi sunt doctrina, quod ingenii lumen, que studiorum diligentia, quod experimentum rerum que ad disciplinam juris canonici conveniunt. Non vos ab equitate favor dimoveat ; non animi perturbatio per iram aut odium vos reddat asperos. Futurum enim est ut, probatione hujus concertationis expleta, merita meritis conferatis, ubi proculdubio, dum peccatur, gravis et sordida nota inuritur conscientie et fame judicantis. Sed ad hanc quam in vos desideramus severitatem optamus quoque paternam indulgentiam adjungi, ut si quispiam discipulorum vestrorum per animi humilitatem, ne dicam ignorantiam, ad vestros jactus et tela procumbet, si sua erga vos reverentia potius quam justicia aut pugnandi incuria suo loco atque statione moveatur, vos huic pietatis et paterne clementie antidotum supponatis ; ut quantum in ipsis doctrine et litterarum, quantum exercitationis atque experimenti in hac pugna et decertatione peritissimus quisque vestrum quesie-

1. deceptationis. A, fol. 22 v°.

rit, tantum benignitatis et humane tolerantie (quoniam homines sunt) adhibeat.

96

(Paris, 18 ou 19 juillet 1481.)

Ad dominum episcopum Massiliensem [1], *cum ad urbem Parisiorum venit missus a rege Ludovico, congratulatio pro Universitate Parisiensi.* [*Oratio vi.*]

Priusquam huc intrarem, magnificentissime Pontifex, dicturus apud te hominem dignitate, fama, gloriaque longe vulgatum, sollicitus eram maxime quo te satis digno exorsu quave majestate orationis convenirem ; verebar enim videri tibi parum urbanus qui monasticos ritus potius quam civitatis mores edidici. Verum ubi te hoc loco primum conspexi et sum intuitus gravem hanc faciem tuam et totius corporis tui compaginem, consolata est me benignissima humanitas atque sapientia, quas virtutes simul cum etatis gravitate im-

1. Jean Allardeau, secrétaire du roi René, fut nommé évêque de Marseille le 30 avril 1466 : ce ne fut toutefois que le 13 avril 1468 qu'il prêta au chapitre de son Église le serment accoutumé. Louis XI qui avait particulièrement apprécié le mérite d'Allardeau, le nomma, en 1481, lieutenant de sa bonne ville de Paris en remplacement de Charles de Gaucourt, empêché par la maladie et qui devait mourir l'année suivante. Gaguin fit partie de la députation envoyée par l'Université au devant de l'évêque et fut chargé par elle de le saluer en son nom. Cette harangue a été publiée par Du Boulay, t. V, pp. 714 et sqq. Sur Allardeau, cf. Lecoy de la Marche, *Le roi René*, Paris, 1875, in-8, t. I, p. 495 et n. 1, et t. II, *Index* ; Bibl. nat. fr. 3882, fol. 493 et sqq. ; *Gallia Christ.*, t. I, pp. 664-5 ; la *Chronique Scand.*, t. II, pp. 126 et sqq., etc.

partivisse tibi Deum crediderim. Accedit ad nostram consolationem magne parentis nostre Universitatis studii Parisiensis auctoritas, cujus ego nomine, si tua Magnificentia feret, nunc sum paucis locuturus. Enimvero postquam sapientissima parens nostra te accepit christianissimi patris sui regis vices gesturum, et summa apud Parisios potestate potiri, decere arbitrata est post civium exhibitas tibi congratulationes suam quoque adjungere, ut que inter regis illustrissimas filias primogenita est et habetur, te patris loco veneraretur et gratitudinem impartiret suam. Non enim estimare potest magnis te animi muneribus non esse a rege patre suo comprobatum, qui ad regni primariam urbem rector sis destinatus. In qua cum superioribus annis visi sint tam conspicui homines presedisse facile conjectamur ad generosos tuos mores et hanc pontificiam dignitatem, prudentiam quoque, industriam, diligentiam, fidem, probitatemque esse conjunctus, ita ut qui inter primos regni judices jugiter conversaturus es, ames et colas justiciam, litteras quoque et doctrinam non parvipendas, qui videlicet pre oculis semper sis habiturus precellentissimos omnium artium auctores, quibus velut splendidis luminaribus parens nostra Universitas et per eam orbis christianus illustratur. Neque frustra certe sapientissimus rex magnam de tua virtute spem accepit, qui memoria tenet quantus apud Renatum Sicilie regem extitisti, quanta benignitate et modestia, quanta amplitudine et majestate quadam principandi provinciam fueris longo tempore moderatus. Ita enim apud Provinciales tum statutis et bonarum legum institutione, tum modestia tributorum dispensatione prefuisti, ut nullum illic municipium, oppidum nullum, nullaque civitas te patronum et patrem suum non appellet. Habet

propterea gratias ingentes gloriosissimo patri suo regi nostra parens Universitas [1], qui te talem civitati sue preficere voluit presidem et rectorem. Concivibus vero nostris et urbis Parisiorum incolis congaudemus, qui tuo ductu, tuo patrocinio ac protectione firmati tranquilla moderatione fruentur. Tue quidem dignitati atque magnificentie sapientissima ipsa parens gratulatur. Optat salutem et prosperitatem comprecatur sempiternam. Prosperitatem dico qua diutissime vivas, qua Luteciam Parisiorum gemmatam reddas, qua litterarum et bonarum artium parentem nostram Universitatem ames, colas, amplies et facias tua ope et patrociniis auctiorem. In qua re procuranda nichil est quod ad tuam gloriam majus addiscere possis. Carolus enim ille Magnus et divus rex atque imperator, etsi bellicis rebus et rerum publicarum justissime sibi videret ingentem supra modum gloriam peperisse, illud tamen omne quod egregium gesserat obscurum fore censuit, nisi hoc celebre Studium, nisi hoc sapientie domicilium et litterarum gymnasium apud Parisios collocaret, plus de se splendoris et glorie posteritati relicturum se arbitratus cura et institutione litterarie quam bellice claritatis [2]. Celebratur etiam ille Cecrops, conditor Athenarum ; sed ampliorem sibi laudem meruit Pisistratus, qui primus apud Athenas libros

1. L'Université de Paris appelait le roi son père et elle se disait sa fille. Cf. la lettre adressée par celle-ci « *au roy nostre souverain seigneur et pere* » et signée : « *L'Université, vostre tres humble et obeissante fille de Paris* », 14 octobre 1460. Elle est contresignée par Guillaume Nicolay, greffier de l'Université de Paris. Original, ms. nouv. acq. fr. 5126, pièce IV du recueil (volé par Libri), et la réponse qu'elle adressait, le 1er septembre 1486, à l'insolente lettre de l'archiduc Maximilien d'Autriche. Champollion-Figeac, *Documents hist.* (Paris, 1848), t. IV, p. 475.

2. Sur la prétendue fondation de l'Université de Paris par Charlemagne, cf. précédemment, t. II, p. 20, n. 1.

palam exhibuit relegendos. Esdre quoque sacerdotis gloria propter legem Dei et libros instauratos facta est auctior quam propter desolate urbis Hierusalem restitutionem. Nec Ptholomeum Philadelphum tantum illustrat regium diadema quam bibliothece constructio, in quam supra quingenta millia librorum digessisse memoratur. Adeo prestat ceteris rebus amor et cultus litterarum ; quas si seculi homines plurimi summa veneratione coluerunt, quid faciat Dei sacerdos et pontifex ? Quid facias celsius, magnificentissime Presul, quam altricem atque educatricem sapientie tutari ? Tibi rex gloriosus cum Parisiorum urbem et cives commendavit, intellexit quoque Universitatem ipsam Studii [1] esse commendatam, in qua cum due precipue virtutes principentur, Justicia et Sapientia, alteram sine altera recte moderari non potes. Illa in perniciem malorum gladium exerit, hec qualiter distringas docet. Afferrem tibi ex Egyptiis exterisque nationibus exempla, nisi fecundissimus esses rerum gestarum. Hoc unum nostri ad te adventus causa commemorasse satis est : si illustrem hanc parentem nostram defensandam suscipies, Francorum pariter imperium et religionem catholicam tutaberis. Nam ut multa celeberrima et memoratu digna pretermittam, hec una est que reipublice saluti semper consuluit, que malleo veritatis contudit errores, que se fidei hostibus magnis viribus opposuit. Ad quam non ex Galliis modo, sed ex terris omnibus que Christum colunt confugitur, cum de sacris institutis et divinis rebus quedam dubietas insurgit. Orat igitur tuam Dignitatem atque Prestantiam supplex totius discipline parens, se et suos alumnos sapientie professores commendatos susci-

1. Cf. ci-dessus, t. I, p. 296 n. 2.

pias. Assis eis tutor, assis pater, assis pontifex, cujus officio maxime congruit clerum dirigere, et in clero litterarum et prudentie sectatores in primis honoratos habere. Si huic voto pie Universitatis assenserit tua benignitas, ea tibi se offert inexpugnabilem murum adversus tue dignitatis inimicos ; ea se apud Deum patronam tue salutis constituit, et in rem tuam quicquid consilii habet, se impensuram magno animo vovet et totis precordiis profitetur. Tu illam tantum commendatam ut amplecteris prona et supplex efflagitat [1].

97

(Paris, 7 septembre 1482.)

Pro Universitate studii Parisiensis contra quosdam theologos in causa cancellariatus ad reverendissimum patrem et generosissimum dominum Carolum de Borbonio [2], *ejusdem Roberti Gaguini brevis oratio* [3]. — *[iij.]*

Si quantum expedit humane societati, tantum homines

1. Du Boulay écrit, à propos de cette lettre : « Credibile hanc orationem dictam a Gaguino, fuisse 18 aut 19 julii ; nam 20 habita sunt comitia Mathurinensia, in quibus ipse retulit quam benigne excepta fuisset Universitas ab episcopo prædicto : quamobrem illi ab omnibus ordinibus actæ sunt gratiæ », t. V, p. 743. Crévier remarque que « la harangue de cet orateur (Gaguin) n'est plus dans le style ancien. Elle ne commence point par un texte, expliqué ensuite et commenté d'une façon scholastique. Elle se rapporte assez au plan des complimens qui se font aujourd'hui en pareilles occasions, si ce n'est qu'elle est un peu longue », t. IV, p. 395.

2. Charles de Bourbon, fils de Charles Ier du nom et d'Agnès de Bourgogne, naquit à Moulins vers 1434. Protecteur des lettres et des

pacem expeterent et amarent caritatem [1], urbes, reverendissime Pater, et respublice multo quietissime regerentur. Esset enim civium inter se mutua dilectio [2], esset subditorum ad suos rectores fides et subjectio non repugnans, neque sancta nostra parens Universitas, a suis impudenter oppugnata [3], vestram nunc benignitatem et summam dignitatem ulla inquietudine vexaret. At quia natura et vicio [4] quorumdam ita factum est, ut tranquillitati [5] nostre insidias positas esse videamus, consulendum fuit ne adversariis nostris plus essemus in tuenda libertate tardiores. Quorum ambitio atque arrogantia ita increvit, ut si aliquando prevalebunt, ceteris nostri studii facultatibus nichil reliquum sit dignitatis et honoris. Nam cum due sint in schola nostra primarie dignitates, rectoratus et cancellaria [6], quidam sibi alteram ita ambiunt et usurpant, quasi nemini nisi theologo debeatur. Et isti quidem nostri turbatores id maxime nunc agunt, ut per conventicula et clandestinas contiones totus ipse theologorum cetus id petere jure optimo videatur, cum revera bona pars ejus Facultatis ab hac ambitione longe dissentiat. Sed qui hanc inanem sibi procurationem assumpserunt, ii operculo divini se nominis

arts, il fut nommé cardinal de Lyon le 18 décembre 1476. Il mourut le 13 septembre 1488 (G. Guigue, *Chronique de Benoît Mailliard*, Lyon, 1883, in-16, p. 42, n. 1) et non le 17 comme le dit le *Gallia Christ.*, t. IV, col. 179. Cf. Le Mure, *Hist. des ducs de Bourbon*, t. II, pp. 376 et sqq., et Anselme, t. I, p. 306.

3. Sur cette affaire qui provoqua l'intervention de Gaguin, cf. la *Notice biographique*, t. I, p. 51.

1. claritatem. A, fol. 23.
2. dilecto. *Ibid.*
3. opugnata. *Ibid.*
4. vitio. *Ibid.*
5. tranquillitate. *Ibid.*
6. cancellariatus, *Ibid.*

ideo tegunt, ut non privato quodam honoris ambitu, sed prematuro et digesto omnium suorum consilio sese ductos ostendant. Et istorum quidem non dicam temeritati, sed audacie[1] ut nostrum se studium opponeret, convocata nudiustertius[2] gravi filiorum suorum contione, appellationis se clypeo contra communis honoris usurpatores protexit. Adeoque fuit ad hanc rem unus et concors omnium adversum istam paucissimorum theologorum novitatem vanitatemque consensus, ut ad infringendos conatus illorum corpora sua inprimis et fortunas omnes impendere sint liberrime polliciti. Tantam enim indignitatem nemo bonus, et qui modestie studeat, pertulerit. Nam quid aliud hoc incepto, benignissime pastor, queritur, quam ut isti adversatores nostri nobis tanquam servis et vilibus imperent mancipiis? Non derogo mediusfidius, magnificentissime Pater, neque detraho majestati theologice discipline; sed quia membrum est theologus nostri corporis mystici[3], illeque una cum ceteris bonarum artium scholasticis studium unum constituit, nego hujusmodi hominem per omnia omni in loco atque omni tempore ceteris pretermissis debere principari. Recte sane jurisconsultus vices officiorum, instar artificis nature, per membra dispartitur, ut nec totus oculus sit caput, nec reliqua moles desinat in tybias. Nam si in ejusmodi[4] conditionis homines hic honos concellarie conferatur, nonne theologos in schola nostra reges esse oportuit? Nonne frustra adnitentur ad alias artes studiosi litte-

1. audatie. A, fol. 23.
2. nudiustercius. *Ibid.*
3. mistici. *Ibid.*
4. hujusmodi. *Ibid.*

rarum, si eis suo ordine provehi non licebit ? Est[1], fateor, in ipso theologorum senatu, si totus inspicitur, dignitas amplissima. Sed ad singulos si perpendiculum recte estimationis apponas, obliquabitur linea, et distortum in ea[2] non nichil apparebit. Itaque concedo theologis id quod philozophis proprium semper fuit, versari videlicet circa difficillimas questiones, quarum nec absolutio ad plenum inventa est, nec a quoque nominalissimo, ut ipsi dicunt, poterit inveniri. Inherescunt enim in illis et jugiter mussitant, ita ut cum ocyo et quiete plurimum desideant atque oblectentur ; in schola quidem bonos, foris vero[3] et in gerendis rebus minus ydoneos esse putem[4]. Quod si quis prudenter

1. Et. A, fol. 23.
2. eo. A, fol. 23 v°.
3. vera. *Ibid.*
4. Il ne faudrait pas croire que cette opinion de Gaguin lui était suggérée par les besoins de la cause : c'était chez lui une conviction arrêtée que l'homme d'Église était impropre au maniement des affaires publiques : il s'exprime à ce sujet, d'une façon catégorique, dans son *Compendium* au sujet du cardinal Jean Rolland, mort le 17 décembre 1388. « Illud siquidem nonnunquam compertum est inter Francos plus damni in rem publicam invehi dum sacerdotis consilio res agitur, quam cum prudens aliquis ex seculi nobilitate rebus gerendis preficitur. Ille enim nescio qua insatiabili ambitione omnia sibi vindicat ; hic populi misertus et communitatis detrimentum suum esse ratus, reipublice bene, ut potest, consulit. Ille fastum et pompam ex dignitate metiens, eo audacius divitias congerit, quo minus ultionem timet ecclesiastica libertate protectus ; hic autem opes suas cum republica conjunctas esse non ignarus, ex publico incommodo privatum quoque auguratur ; nam qui res suas ex reipublice statu considerat, illas sine hac nequaquam stare posse intelligit. » Édit. de 1501, fol. 92. Dans les édit. antérieures de 1497, le texte s'arrête à « quoque auguratur » ; le passage est omis dans l'édit de Paris, 1495, fol. 78. — Cf. sur ce personnage les curieux détails que donne Philippe de Maizières dans son opuscule (sous forme de lettre) *De laudibus beate Marie Virginis super* SALVE SANCTA PARENS. Bibl. nat. lat. 14454 (fin du XIVe s.), fol. 19 et sqq. — La théorie de Gaguin était conforme à la doctrine évangélique : « *Nemo*,

estimabit et pensitabit hominum industriam et mores, multo plurimas a jureconsultis res, quam a theologis bene administratas comperiet. Contendo propterea inter ceterarum doctrinarum studiosos facile deligi posse prudentes, eosdemque doctissimos, qui plerisque theologis antecellant. Illudque quam possum liberrima voce adjungo : si quis ad egregios mores, bonas quoque cum fide et caritate artes adjiciat, eum quocunque titulo magisterii illustretur, non modo hoc de quo contendimus cancellariatu, sed pontificatu quoque esse dignissimum. Que tametsi hystoriarum astipulatione et usu vera comprobentur, quamvis unus datus sit et a nobis susceptus cancellarius, pauci tamen admodum illius ordinis doctores vestram postulaverunt Dignitatem sibi cancellariam distribui, tanquam hec illis sit ab hujus civitatis antistite per injuriam denegata. Vellem rectoratum quoque petivissent. Est enim eis ad utranque hoc tempore dignitatem jus equabile et equitas proculdubio non impar. Defecerunt vere acutissimi disputatores scrutantes scrutationes. Absconderunt muscipulas, dixeruntque : quis videbit eas ? Senserant prius et fuerant experti Senonensium pontificis [1] prudentiam. Cujus soliditatem atque constantiam

militans Deo implicat se negotiis sæcularibus, ut ei placeat cui se probavit », 2 *Tim.* 2, IV. Savonarole, pour justifier sa propre conduite, interprétera ce verset en y mêlant des réserves. *Compendio di revelatione*, Florence, 1495, sig. d 5 r° (Bibl. nat. Rés. D 9742). Cf. également le sentiment d'Olivier Maillard à ce sujet, *Sermones Quadragesimales*, Lyon, 1503, in-4, Sermo VIII (*ad an.* 1494), fol. 19, et Viollet, *Hist. du droit civil français* (Paris, 1893, 2e édit.), pp. 280-281.

1. Tristan de Salazar naquit en 1441 ; élu évêque de Meaux par une bulle du 25 juin 1473, transféré à Sens par une bulle du 26 septembre 1474, il prêta serment au roi, à Blois, le 13 novembre 1474, et entra en possession le 17 février 1475. Il mourut le 11 février 1519. *Gallia Christ.*, t. XII, col. 86 et sqq. Cf. sur sa mort, le *funebre opusculum*

quia discutere non potuerint, putaverunt sibi penes vestram Nobilitatem repositum esse presidium. Sed Dei providentia et vestra maxime sapientia sic dilata res est, ut nobis interea de nostro jure atque libertate cogitare datum sit; in quo tuendo simul illud agitur, ut multorum libertatem et jura pariter defendamus. Habet enim causa presens cum multorum periculis vicinitatem. Nam quod theologus tantum hoc magistratu potiatur, leditur in ea re Parisiorum antistes [1], cujus Prestantie beneficiorum libera dispositio, si qua est juris et legum reverentia, debetur. Offenditur preterea archipresulatus auctoritas; et primatus vester, dignissime presul, offenditur, ad quem, dum semestre tempus per negligentiam exciderit collatoris, devolutio succedit. Nec minus regis majestas ex hac novitate coarctatur, que pri-

composé par Jacques Girardin, avec d'autres pièces sur le même sujet. Troyes, in-4, s. d., des presses de Jean Lecoq (Bibl. nat. Rés. G 2824). La Bibl. de l'Arsenal possède un très beau ms. du Décret de Gratien avec la glose de Bartolommeo da Brescia, orné de trente-huit miniatures et qui avait été copié pour Tristan de Salazar par le florentin Francesco Florio, de juillet 1479 à mars 1481. Ms. 1183. Au fol. 412, on lit une note circonstanciée de ce dernier qui signe : *Florius ille infortunatus*. Ce volume faisait autrefois partie de la bibliothèque des Célestins de France. Bibl. nat. fr. 15290, p. 309. (Un ms. de Virgile copié à Paris par Florio porte une souscription analogue. Bibl. de l'Université d'Édimbourg, A, b, c, 2. Cf. Francisque Michel, *Les Écossais en France et les Français en Écosse*, Londres, 1862, t. I, p. 294, n. 2). Le goût de Tristan de Salazar pour les beaux-arts se révèle également dans l'élégant *hôtel de Sens* qu'il fit élever à Paris en 1479, et qu'on peut voir encore aujourd'hui, abandonné aux hasards des locations commerciales ou industrielles, au coin des rues du Figuier et de l'Hôtel-de-Ville. De Guilhermy en a donné une reproduction, *Itinéraire archéologique de Paris*, (1855, in-8), p. 381. Des démarches ont inutilement été tentées pour faire classer cet hôtel parmi les monuments historiques. Cf. *Bulletin de l'histoire de Paris*, t. XIII, pp. 98, 161 ; XIV, pp. 29, 75, etc.

1. Louis de Beaumont de la Forêt, nommé, le 1er juin 1472, évêque de Paris.

vilegio regalie beneficia ecclesiarumque dignitates per sedis vacationem consuevit dispartiri. Sed de cetu illo illustri et capitulo canonicorum Dive Marie quid dicemus? Cogeturne tota illa contio virorum celebrium ad unum theologice professionis doctorem, sollicitudinem omni momento rejicere? et plurimarum rerum que communitatis eorum sunt curam ditionemque credere? Impendent certe huic dignitati cancellariatus multa, que per jurisconsultum rectius quam per theologum administrari possunt. Quare iniquum, mea sententia, videri debet pro paucorum hominum cupiditate atque ingluvie tot magistratuum jura et libertates contemni, ligari atque arctari potestates plurimorum, ut id quod commune semper fuit, unius conditionis homines sibi usurpent atque retineant. Tam multorum igitur offensis, quibus cum nostra et admissi a nobis cancellarii causa conjuncta est, appellatio nostra preparavit antidotum. Que cum sit gravatis vel gravari timentibus juris circumspectione concessa, adest in conspectu vestre Dignitatis supplex nostri studii rector[1]; assunt ex jurisprudentia, assunt ex medicine peritia probatissimi doctores. Non desunt preterea ex artium liberalium studio graves philosophi et variarum disciplinarum preceptores, qui hoc orant atque humiliter comprecantur; ne preter sue appellationis spectatissimam rationem aliquid per jus pretense devolutionis vestra sapientia de nostri cancellarii causa commutet. Ne in quo jure septingentos ferme annos felix schola Parisiorum quietissime mansit, in eo per paucos admodum theologos dispen-

1. Richard Murc. Il était bachelier en théologie et scotiste. Élu le 22 mars 1482, il fut renouvelé à l'expiration de sa charge jusqu'au 10 octobre de la même année. Du Boulay, t. V, p. 339. (*Liste des Recteurs*).

dium accipiat; neve ab eo honore cancellariatus ulla nostri studii Facultas segregetur, quam ipsis quoque adversariis bono animo sustinemus per vices esse communem; ne denique hic vir nominatissimus Ambrosius de Cambray utroque jure consultus designatum quemque adversarium et competitorem a vestra Providentia datum iri intelligat. Si clementia et benignitate vestra fuerimus hoc tempore ab injuria theologorum salvati, vestro quoque beneficio quietem nostris studiis impetrasse atque retinuisse putabimus [1].

98

(Paris, 1483 après le 8 août.)

Ad Guillermum de Rupeforti, Francie cancellarium [2], *cum Parisios primum adiit, pro schola et studio scholasticorum ejusdem Roberti Gaguini oratio iiii.*

Quod me vides hominem vite regularis et debito silencii obnoxium pro magnis et sapientibus scholasticis, qui hoc loco ad tuam Magnificentiam convenerunt dicendi principium facere, non idcirco existimabis me vel sapientia vel facultate orandi reliquis anteire. Illud potius apud te cogitabis, meme [3] imperio et vi quadam majorum, claustri latebris

1. Ce discours a été publié en entier par Du Boulay, t. V, pp. 750-752. Cf. également, pp. 749-753, 757-760; Hemeré, *de Academia Parisiensi*, pp. 84-87 et 138; Crevier, t. IV, pp. 405 et sqq.; Richer, Bibl. nat. lat. 9945, fol. 238 v° et sqq.

2. Cf. ci-dessus, n° 34, p. 292, n. 1.

3. me. A, fol. 32.

erutum[1], ut palam esset quanta propter tuum adventum leticia pia mater studiorum Parisiensium Academia[2] exultet, cum is presertim quem[3] sancta professio silere jubebat, in communi nunc omnium gaudio loqui et te coram viro eloquentissimo cogitur balbutire. Tantus enim fuit paulo supra hos dies omnium qui litteras in hac urbe sectantur[4] meror et luctus propter nescio quam sue libertatis et privilegiorum imminentem calamitatem, ut non per conventus et solitas contiones conveniremus, sed alius alio tristis et stupidus seorsum habitaret. Deflebat quisque doctrine amantissimus[5] infirmari et debilitari magis in dies quietem et ocyum sine quibus non facile quivis unquam eruditus factus est. At postquam evocationis suffugia[6] et honestissimorum judiciorum dilationes, te preside et cancellario, intellexit, cepit paulo alacrius caput tollere, et de recuperanda libertate liberius cogitare cepit. Non enim ullus nostrum aliter arbitrari poterat, ut a te qui justus esses non oriretur aliquando sedentibus nobis et merentibus lumen et solacium veritatis. Quod ubi subluxisse animadvertimus, vulgatumque subito est[7], causam que de cancellariatu e[8] senatu Parlamenti quorundam factione theologorum ad regium examen abducta erat, ad pristinum judicium esse revocatam, nemo non cupiverit te coram intueri, venerari te equissimum judicem, et tibi cum gratulationis tum

1. eruditum. A, fol. 32.
2. academie. *Ibid.*
3. quam. *Ibid.*
4. sectanter. *Ibid.*
5. amentissimus. *Ibid.*
6. suffragia. *Ibid.*
7. et. *Ibid.*
8. est. *Ibid.*

gratitudinis officium exhibere; hoc enim a te donatum nobis beneficium ideo majus videri atque existimari debet, quod evocationis injuriam ab iis acceperamus qui se nostri studii primos semper esse voluerunt, et quorum autoritate atque presidio nostra libertas defendi debuisset. Quod unum inprimis eos, quos supplices astare tibi conspicis, variarum artium preceptores excitavit, ut conceptas animo gratias tam consummate justitie tue persolverent. Quanquam, justissime vir, quid est quod huic tuo in nos collato beneficio par afferri possit? ab iis maxime quorum omnis suppellex est liber, at(t)ramentum, calamus? Sed existimandus non es ex iis esse, qui opes, qui dignitates et mundi cumulatas fortunas doctrine studio anteferas. Satis per te compertum habes quas litterarum et sapientie eruditio commoditates cum privatis tum publicis rebus soleat importare. Enimvero quicunque scholasticorum conventus seu apud Caldeos vel apud Egyptios, vel idem apud Grecos, addam et Dryudas fuit olim constitutus, ex eo velut ex confertissimo promptuario grana viri sapientes prodierunt, qui reipublice gubernacula capesserent. Cujus rei scientissimus divus ille rex atque imperator Carolus cognomento Magnus hoc potissimum supra septingentos annos curavit, in hac Parisiorum urbe, loco toto orbe terrarum celebri, alteram post Athenas academiam collocare, facereque prudentissimorum virorum late diffusam sementem, unde in omnes mundi provincias doctrina prodiret et sapientia. Atque ita plus fame atque glorie in condendo uno erudiendorum hominum contubernio, quam in dilatandis imperii finibus sibi paratum iri putavit[1]. Est profecto nimium utilis ad omnia

1. L'opinion qui faisait de Charlemagne le fondateur de l'Université de

fructus litterarum ; quem qui sustulerit, illum eundem humanitatis et cultioris vite rudimentum atque ornamentum sustulisse damnabitur. Idque sagaciter olfaciens Carolus quintus, cum et infantiam atque adolescentiam sine eruditione altioris discipline exegisse se doleret, summopere instituit plurimos in omni disciplina libros in vernaculam linguam converti, ut quod a consiliariis hominibus latine proferri audiret, id et legeret per se, et nullo admonitore comprehenderet [1] ; in hoc maxime Ptholomeum Philadel-

Paris, est aujourd'hui abandonnée : il n'en est pas moins vrai que, jusqu'au milieu du XVIe siècle, l'assertion de Gaguin fut universellement reçue. Du Boulay chercha inutilement à la défendre (t. I, pp. 91 et sqq.) contre ses adversaires dont le premier en date fut Étienne Pasquier, *Recherches de la France*, liv. III, chap. XXIX ; liv. IX, chap. III. Cette communauté (*universitas*) fut constituée en 1200 par une ordonnance de Philippe-Auguste. On peut toutefois reconnaître avec Crévier « que si l'Université de Paris, comme école, remonte jusqu'à Alcuin par une chaîne de maîtres et de disciples, elle n'a néanmoins commencé à subsister en compagnie que dans le douzième siècle ; et qu'elle ne s'est point formée tout d'un coup telle qu'on la voit dans le treizième, mais par degrés et à mesure que les besoins d'une compagnie naissante exigeoient de nouveaux arrengemens » (t. VII, p. 163). *Dissertation sur les origines de l'Université de Paris*, pp. 90 et sqq. Aussi bien l'erreur de Gaguin réside-t-elle plus dans les mots et dans l'appréciation des faits que dans les faits eux-mêmes ; il est donc équitable de conclure que « le prince qui aima tant les études, qui parvint à créer au milieu d'un siècle barbare une sorte de Renaissance, qui fonda ou encouragea tant d'écoles, mérite bien d'être le patron de la grande Université parisienne ». Gaston Paris, *Hist. poétique de Charlemagne* (Paris, 1865, in-8), p. 66. Cf. la remarque de Coppi, *Le università italiane nel medio evo* (Florence, 1886, in-8), pp. 11-12. Sur les origines de l'Université de Paris, cf., en outre, Denifle-Chatelain, *Chartularium Univ. Par.*, Introduction, et H. Rashdall, *Universities of Europe in the middle ages* (Oxford, 1895, in-8), t. I, pp. 271 et sqq.

1. On a forcé le sens de cette phrase, en prétendant que Gaguin voulait dire que Charles V ignorait la langue latine (Franklin, *Les anciennes bibl. de Paris*, Paris, 1870, t. II, pp. 110-111). Christine de

phum imitatus, qui accitis, autore Demetrio [1], septuaginta ex Hebreorum gente interpretibus, divine legis volumina traduci et in ampla admodum bibliotheca collocare mandavit [2]. Tantum valet disciplinarum cognitio et ad omnem

Pisan, dans le *Livre des fais et bonnes meurs du sage roy Charles V*, indique dans quelle mesure on doit l'entendre : « ... Et pour ce que peut estre n'avoit le latin pour la force des termes soubtilz si en usage comme la langue françoise, fist de theologie translater plusieurs livres de saint Augustin et autres docteurs par sages theologiens. » Bibl. nat. ms. fr. 5025, IIIe partie, chap. III, fol. 60 v° ; et ailleurs, « la sage administracion du pere (de Charles V) le fist introduire en lettres moult souffisamment et tant que competemment entendoit son latin, et souffisamment sçavoit les rigles de grammaire » (*Ibid.*, Ire part., chap. VI, fol. 4 v°).

1. Démétrius de Phalère.

2. Gaguin s'est visiblement inspiré, dans ce passage de son discours, de Christine de Pisan qu'il sait résumer en évitant les longueurs de l'original. « De la grant amour qu'il avoit (Charles V) en avoir grant quantite de livres et comment il se delictoit en estude et de ses translacions, me souvient d'un roy d'Egipte appellé Tholomée Philadelphe lequel fut homme de grand estude et plus ama livres que autre quelconques choses ne estre n'en povoit rassadié. Une fois demanda a son libraire quans livres il avoit : celluy respondy que tantost en avoit accompli le numbre de L. mille. Et comme celluí Tholomée oyst dire que les juifs avoyent la foy de Dieu escripte de son doy, ot moult grant desir que celle loy fust translatée d'ebrieu en grec, et il luy fu dit qu'il en desplairoit a Dieu que nul la translatast s'il n'estoit juif, et se autre s'en vouloit entremectre que tantost charroit en forsené vie. Si manda ce Roy a Eleazar qui estoit souverain prestre des Juifs qu'il luy envoyast des sages hommes du peuple des Juifz qui la langue ebree et grec qui sceussent, qui la dicte loy luy translatassent ; et pour le desir qu'il ot que ceste chose fust accomplie, il relacha la chetiveté des Juifs qui estoyent en Egipte ou moult en avoit grant quantite et avec ce leur donna grans dons. Eleazar resjoy de ceste chose rendit graces a Dieu et esleut lxxij. preudeshommes ydoines a ce faire, et au roy Tholomée les envoya, lequel les receupt a mout grant honeur... » fr. 5025, IIIe partie, chap. XII, fol. 66 r° et v°. Le ms. fr. 10153 donne le même texte avec quelques variantes graphiques, fol. 69 v°-70 r°. Le chapitre suivant (XIII) traite de l'amour de Charles V pour l'Université : il y est question de Charlemagne (fr.

rem gerendam majestas. Et hoc cum tu omnino doctus et scitus homo intelligas, voluisti omnes bonarum artium studiosos bene de tua singulari justicia et preclara virtute sperare. Non ergo abs re christianissimo regi gratulari poterimus, qui te sacrosanctis institutis et legibus illustrem ad cancellarie magistratum, accersivit; gratulabimur quoque et genti et regno Francorum, cujus moderamina, dum judiciis [1] prees, pessum ire nemo formidabit. Tibi preterea, magnifice vir, merito gratulabimur, qui per gradus virtutum conscendens, nullo tuo ambitu ad hanc dignitatem vocatus atque assumptus es. Ducit itaque nos omnes tua equitas in spem consequende tranquillitatis, quam custodem esse nosti, sine qua nec libera nostra mens est, nec studio cognoscende veritatis incumbere quisquam potest. Illud mediusfidius ingenue dixero, duo esse que scholasticos in studio litterarum contineant : vacationem a turba et negociis secularibus, et alimentorum frugi ad mediocrem vitam suppeditationem. Rerum enim strepitus a contemplatione distrahit ; egestas hominem absterret, dum pressus inopia cogitur mendicitatis suffragio necessitati consulere. *Haud facile*, inquit satyrus [2] Aquinas, *emergunt quorum virtutibus obstat*

5025, fol. 66 v°-67 r°). Il est à remarquer que Christine de Pisan elle aussi, en écrivant ce passage, avait présent à l'esprit le Prologue de Jean Corbichon en tête de sa traduction du *Livre des Propriétés des choses* qu'il avait faite en 1372. Lyon, 1492, in-fol., « *Prologue du translateur* », aii (Bibl. nat. Rés. R 375). Sur la bibliothèque de Charles V, cf. Delisle, *Le Cabinet des Manus.*, t. I, pp. 18-56 ; Franklin, *Les Anc. biblioth. de Paris*, t. II, pp. 110 et sqq.

1. judicis. A, fol. 33.

2. « Satyrus » dans les deux imprimés. De même dans la lettre 4 (t. I, p. 183, lig. 20) « An ne meministi satyrum Aquinatem » ; et il cite le présent vers. *Haud facile...* Cette confusion, dans l'esprit de Gaguin, de « satyrus » avec « satyricus » a paru devoir être maintenue.

Res angusta domi [1].
Et iterum :

Magne mentis opus, nec de lodice paranda
Attonite, currus et equos, faciesque deorum
Aspicere, et qualis rutilum confundit erymnis.
Nam si Virgilio puer et tolerabile desit
Hospicium, caderent omnes a crinibus ydri [2].

Et illud quidem a te sepe lectum auditumque est, Moysen a monte contemplationis propter obstrepentem et tumultuantem in castris populum descendisse [3]. Beatos etiam nostre fidei duces apostolos ministrandis mensis dyaconos septem prefecisse, ut curis vacui, vite verbum liberius predicarent [4]. Nonne cum annone caritate tota Egyptus laboraret, stipendia atque annonam ex publico sacerdotibus rex Pharao constituit [5] ? Simile Dryudibus gallis, simile Gymnosophistis apud Indos factum esse et Cesar [6] et Strabo [7], nominatissimi scriptores, tradunt. Nostris autem scholasticis annos jam duos et viginti vix licuit quiescere, vix beneficiolum sine difficillima lite assequi permissum est. Quin imo ii quibus hec urbs velut domicilium et quies ad comparandam doctrinam esse debet, ex ea per evocationum inquietudines abducuntur. Quam vero in ecclesiis promotionem consecuti hactenus sunt, aut posthac consequi sperent, facile omnes intelligunt. Episcoporum nepotibus et

1. *Juvenal. Sat.* III, 164, 165.
2. *Ibid.* VII, 66-70.
3. *Exod.* XIX, 24, 25.
4. *Act.* VI, 2.
5. *Gen.* XXXXVII, 22.
6. *Commentarii*, lib. VI, c. XIV.
7. *Geographia*, Bâle, 1549, in-fol., lib. XVI, p. 723

ineptissime interdum familie ecclesie conferuntur [1]. Eam ob rem, de duodecim scholasticorum millibus vix totidem hodie videmus centurias. Itaque, sicut suffossis aggeribus, et dirutis muris hostes parvo labore urbem invadunt, ita mutilatis privilegiis et oppressis nostri studii libertatibus, nescio qui edaces et compotores coquinarii, nulliusque pensi homines, studiosissimos quosque impetunt, impetitos extrudunt, extrusos procul a litteris agunt. Inter has tempestates et molestias, circumspectissime judex, quem animum ad disciplinas miseros studentes habere confidis? Quibus tamen turbinibus quia uno jam memorabili judicio occurristi [2], gratias quantas grata mens ulla potest nostra

1. Cf. la lettre de Gaguin, ci-dessus, p. 134. Les plaintes, à cet égard, étaient générales, aussi bien en France qu'à l'étranger. Pour la France, cf. les sermonaires Maillard, Raulin, le discours de Rely aux États généraux (*Journal de Masselin*, pp. 167 et sqq.), etc. Celui-ci s'est certainement inspiré du discours de Gaguin dans le passage commençant par: « *Et pour ce* — », p. 201 (le discours de J. de Rély fut prononcé le 10 février 1484). Guillaume Budé, esprit froid et posé, fait au commencement du siècle suivant la déclaration suivante: « Quonam modo igitur Galliam recte atque ordine constitutam habere rempublicam civilemque defendemus, in qua (ut reliqua nunc mittamus) primorum ordinum sacerdotia, id est doctrinæ virtutisque præmia, in homines latine infantissimos non singula, sed bina, terna congeri verius quam conferri vidimus, quosdam tam stolidos, tam inerteis, tam literas virtutemque perosos, tanta morum nequitia (nihil enim significantius dicere possum) senescendo obbrutescentes, ut facile animam illis pro sale datam esse a natura credas, ideo tantum ne putrescerent, id quod de suibus olim animali stolidissimo dictitatum est, qui certe non tam his honoribus ornati quam obruti oneribus videntur... » *Annotationes priores in Pandectas* (Cologne, 1527, in-8), pp. 121-122 (la dedicace est de 1508).

2. Allusion à la présente affaire pour laquelle la Faculté de Théologie avait obtenu des lettres d'évocation au Grand Conseil: sur appel interjeté par A. de Cambray, elle était revenue devant le Parlement avec l'agrément de Guillaume de Rochefort. Cf. le passage de ce discours, p. 128.

omnis Universitas tibi reddit. Teque, quem velut patronum et spei sue anchoram conspiciunt, universi orant, ut quod de reducenda ad curie senatum causa cancellariatus contra theologorum inceptationem cepisti, id propere absolvendum, priusquam hinc abeas, cures. Proxime enim instant tempora, cum ejus dignitatis officio scholastici indigebunt, dum alii atque alii licentiam, alii doctoratum festinabunt adipisci ; hoc pacto odia, simultates quas ira et indignatio multorum animis impresserunt sopientur [1], et ii qui turbatione egri nunc a tibi exhibita congratulatione sese avertunt, penitentia factorum emolliti ad commune sue matris domicilium revertentur. Jam vero quia ad calcem orationis festinamus, id quod de promovendis ad ecclesiarum dignitates latius dici posset, cure tue sit spem reddere bene merentibus alicujus posthac beneficii consequendi. Hac tantum expectatione animati, ad sua collegia refluent ii qui per superioris temporis molestias hinc evolaverunt. Id autem facile factu erit si privilegiorum restitutione firmatos, si evocationum gravissimis molestiis et impensarum dispendio liberatos, si beneficiorum subsidio per regis magnificentiam se juvandos intelligent. Memineris igitur, dum celebrem hanc studiorum nutricem tuo presidio fovebis, adepturum te nomen gloriosum. Multi enim litterarum amore constructas a se bibliothecas copia voluminum ornaverunt. In quibus est Ptholomeus [2] et Eumenes [3], Pollio quoque Asinius [4], et apud

1. sopiemur. A, fol. 34.

2. Ptolémée II, qui fit exécuter la traduction grecque de la bible des Septante, dont il est parlé plus haut.

3. Eumène II, quatrième roi de Pergame, dont il augmenta la célèbre bibliothèque.

4. Caius Asinius Pollion établit, à Rome, la première bibliothèque publique. C'est à lui que Virgile adressa sa quatrième églogue.

Athenas Pisistratus [1] gloriam sunt non minimam consecuti. Tu vero de conservandis propagandisque scholasticis et doctis hominibus si curam excipies, tanto fulgentiorem gloriam et laudem consequeris, quanto majus est sapientes homines quam libros conservare. Glorie igitur et fame nominis tui ita consulas oramus, magnificentissime judex, ut nulla re magis quam in tuenda nostra id est litteratorum libertate et provectione existimes tibi et posteritati tue laudem pariturum. Quam ut augeas, auctam retineas, retentam cum incremento virtutum longissime possideas optat modestissima parens nostra, que se suosque alumnos omnes tue justissime equitati commendat [2].

1. Pisistrate donna une nouvelle édition des poèmes d'Homère. — Pour tout ce passage, cf. Polydore Vergile, *de inventoribus rerum*, liv. II, chap. VII.

2. Ce discours de remerciement de Gaguin, adressé au chancelier de Rochefort fut le deuxième épisode de ce long différend d'Ambroise de Cambray avec la Faculté de Théologie, dont la première phase avait été marquée par le discours de Gaguin au cardinal de Bourbon (cf. ci-dessus, p. 128). Le 8 août 1483, Guillaume de Rochefort était venu pour la première fois en la cour de Parlement (Bibl. nat. *Parl. Registre du Conseil*, t. 51, fol. 550 v°), ce discours est donc postérieur à cette date. Ce ne fut que le lendemain que Gaguin pressenti avait accepté de prendre la parole pour remercier G. de Rochefort. « Anno quo supra (1483) die nona Augusti fuit Pariseorum Universitas apud sanctum Mathurinum super duobus articulis congregata. Primus fuit quod dominus cancellarius Francie venerat Parisius quia dominus Ambrosius de Cambray, nomine Universitatis, causam suam de Magno Consilio contra theologos parisienses in Parlamento secundum Universitatis statuta revocare fecerat. Tum eligendus erat proponens et orator qui gratias ageret de hac revocatione domino cancellario, ei narrando statuta et privilegia Universitatis. Secundus... — quo ad primum, Natio elegit dominum Generalem Ordinis sancte Trinitatis pro oratore, injungendo ei quod illud onus acceptare vellet. » Bibl. de l'Université, *Livre des Conclusions de la Nation de Picardie*, n° 11, non paginé. — Ce discours a été publié par Du Boulay, t. V, p. 763 ; Crévier a résumé les différentes phases de cette affaire, t. IV, pp. 405-410. Cf. *Notice biographique*, t. I, p. 55.

99

(Florence, 10 mai 1486.)

Ad Florentinos Roberti Gaguini, regis Francorum Caroli octavi oratoris, in causa Renati ducis Lothoringie adversus Ferdinandum Neapolitanum oratio [1]. *M. cccc. octuagesimo sexto. vi. idus Maii [Oratio] v.*

Caius Cesar, spectabiles et magnifici Florentini [2], cum

1. René II, fils de Ferri II, comte de Vaudemont et d'Yolande d'Anjou, fille du roi René, avait succédé en 1473 à Nicolas, duc de Lorraine et de Bar. Il prit possession de son duché le 4 août 1473. Enlevé par Charles le Téméraire, René fut bientôt relâché grâce à l'intervention armée de Louis XI, et fit payer cher au duc de Bourgogne l'outrage qu'il lui avait fait subir. Charles s'empare bien de Nancy (27 novembre 1475), mais il est battu le 2 mars 1476 à Grandson. A la tête des Suisses, René gagne le 22 juin la bataille de Morat, et rentre dans sa ville de Nancy sous les murs de laquelle il devait infliger une suprême défaite à son adversaire qui y perdit la vie (5 janvier 1477). La mort du comte du Maine, survenue le 11 décembre 1481, allait permettre à René de revendiquer ses droits sur la couronne de Naples, fort de l'appui diplomatique du gouvernement français que dirigeait la dame de Beaujeu, à la suite du traité passé entre elle et le duc le 24 septembre 1484. Innocent VIII, devant l'attitude de Ferrand de Naples, devait l'y engager vivement ; et en France, la régente ne pouvait s'opposer, en retour du service que lui avait rendu René, lors de la *Guerre Folle*, d'appuyer ses prétentions. Mais elle connaissait trop bien Laurent de Médicis pour ne pas prévoir que le résultat de l'ambassade française dont faisait partie Gaguin, se résumerait à une manifestation purement platonique, comme l'événement le prouva. Ferrand sut faire face à l'orage, et se maintint jusqu'à sa mort sur le trône de Naples (5 janvier 1494). Cf. Buser, *Die Beziehungen der Mediceer zu Frankreich* (Leipzig, 1879, in-8), pp. 246 et sqq. ; 513 et sqq. ; Delaborde, *L'expédition de Charles VIII en Italie*, pp. 176 et sqq.

2. Florenti. A, fol. 40, et la dernière syllabe « ni » rejetée après le mot « navigaret ».

ex Apol[l]onia Brundusium aliquando navigaret, etcommotis graviter per tempestatem fluctibus, animadvertisset nauclerum de salute desperare : « Cur, inquit, o nauta, timore concuteris ? Cesarem vehis [1]. » Quo Cesaris confidentissimo dicto animus naute redditus est. Nobis autem ex Gallia a christianissimo Francorum rege venientibus simile quiddam accidit. Iter enim agentibus nobis nemo fere obvius erat, qui de periculis que per Italiam ob bellum Neapolitanum essent, nos non admoneret. Adversum quam formidinem, recordati nos innocentissimi regis mandata ad populum amicum ferre, vanum timorem abjecimus, arbitrati de vobis id quod de gravi et constantissima gente decebat : vos pro novo videlicet et omnino non satis probato homine, et qui vobis infestissimus hostis fuisset, veterem et longe spectatissimum amicum regem haud commutasse, neque vos a pietate et commiseratione animum sic avertisse, ut injuriam passis suaque repetentibus opitulari recusaretis. Quare de vestra sapientia recte, ut par est, potentissimi Florentini, sperantes, litteras quas ab serenissimo et eodem vobis amicissimo rege ad vestram Magnificentiam accepimus, eas reddemus primum [2] ; mox quod nobis preceptum est paucissimis exponemus, ita ut nostre orationis neminem vestrum pertesum iri possit.

Christianissimus rex noster, edoctus quanta amicitia per superiores plurimos annos cum gente Francorum conjunctissimi fuistis, spectatissimi Florentini, eorum omnium que apud Summum Pontificem et Romanam Ecclesiam suo

1. « Extat ad trepidum tanto discrimine gubernatorem vox ipsius : Quid times ? Cæsarem vehis. » Florus, lib. IV, 2, 37 (édit. Lemaire, Paris, 1827, p. 288).

2. Je n'ai retrouvé cette lettre ni à Florence ni à Paris.

nomine gesturi sumus, vos inprimis voluit a nobis fieri conscios atque participes. Nam si amicorum omnia communia esse pro veteri proverbio decet, tanto magis consilia amicis pandenda sunt, que pro Crispi sententia [1] factis debent anteponi. Itaque palam vobis est, viri sapientes, qui status est hodierno tempore regni Neopolitani. Quid in eo juris Romana Ecclesia hactenus servaverit, quamque sepenumero variis bellorum motibus fuerit agitatum, donec ex decreto sancte memorie Clementis quarti Carolus, illustris Andegavorum comes, regni ipsius sceptra et gubernacula moderatus est [2]. Sed Alphonsus Tarraconensium rex, pessimo scismatis tempore, cum Franci [3] adversus Anglos de vita atque imperio armis disceptarent, Alphonsus, inquam, Neopolim, exturbato Renato, invadere tentavit [4]: quem eadem temeritate secutus Ferdinandus [5], adjutore Pio

1. *Jugurtha*, XV.

2. Charles Ier, comte d'Anjou et du Maine, roi de Naples et de Sicile, mourut à Foggia dans la Capitanate le 7 janvier 1285. Par une bulle du 26 fevrier 1265, Clement IV lui avait donné l'investiture de ce royaume. Clément mourut à Viterbe le 29 novembre 1268.

3. Francia. A, fol. 41.

4. Alphonse Ier, roi d'Aragon et de Sicile, s'empara de la ville de Naples dans la nuit du 1er au 2 juin 1442, obligeant ainsi René d'Anjou de fuir sur deux galères genoises avec sa suite. Il se rendit à Florence auprès du pape Eugène IV qui lui donna, en manière de consolation, « une belle investiture du royaume de Naples » avec laquelle il retourna dans son comté de Provence (*Art de vérifier les dates*, Paris, 1770, p. 904).

5. Ferrand Ier, fils naturel d'Alphonse et son successeur, avait reçu du pape Pie II l'investiture du royaume de Naples : il avait marié sa fille au neveu du souverain pontife, Antonio Piccolomini (cf. précedemment, fol. 77, n. 1), et soutenu avec des fortunes diverses la guerre contre son compétiteur, Jean d'Anjou, qui dut, en 1463, definitivement abandonner son entreprise et regagner la Provence. Cf. Pontano, *Historia belli quod Ferdinandus rex Neapolitanus senior contra Joannem Ande-*

secundo, in regnum se intrusit. Nunc autem, sive Deus id velit, sive Ferdinandi commissa et scelesti mores meruerunt[1], eo res vergit, ut in suam naturam redire velle videatur, hoc est ut regnum quo de agimus *(sic)* in preclaros heredes Andegavensis familie reduci facile possit. Habet enim suos circuitus rerum ordo, et per vices fortuna, nunc prospera, nunc adversa, variatur.

Jam enim mucro anathematis in jugulum hominis versum est. Jam armis ecclesiasticis impetitus Ferdinandus, ad externa auxilia respicit, qui fortune blandiciis evectus, annos viginti se regem gessit. Accepta propterea bene gerendarum rerum occasione, rex christianissimus et idem potentissimus statuit, suo jure fretus, debitam sibi hereditatem ex faucibus inimici eripere. Que hereditas, ut ad nobilissimum Renatum Lothoringie[2] et Barri ducem Renati superioris[3] nepotem referatur, sancte Romane Ecclesie auctoritatem, vestrumque favorem, potentissimi Florentini, adhiberi sibi maxime cupit. Quibus justissimis suis votis accedere vestra benivolentia atque ope non temere confidit. Nam, quod natura et lege institutum est, exutos suis rebus juvare et vim patientibus subvenire, hec una vobis laus non deerit auxilium ferre iis quos et amicos et

gaviensem ducem gessit, *Opera* (Venise, 1518, in-4), t. 2, fol. 251 et sqq., et Pastor, Furcy-Raynaud, t. III, chap. III, pp. 95 et sqq.

1. Gaguin veut sans doute faire allusion à la perfidie et à la cruauté dont il usa envers ses barons révoltés et contre tous ceux qui lui portaient ombrage. Quant à ses mœurs, elles n'étaient pas pires que celles des princes, ses contemporains (cf. Camillo Porzio, *La Congiura dei Baroni nel regno di Napoli*, nomb. édit., et Zeller, *Italie et Renaissance*, Paris, 1883, t. I, pp. 146 et sqq.).

2. Lathoringie. A, fol. 41.

3. René II, petit-fils, par sa mère Yolande, de René, duc d'Anjou et de Lorraine, mort à Aix, le 10 juillet 1480, et inhumé à Angers.

sua hereditate dejectos esse non ignoratis. Gratissimus enim quisque, et si beneficiis superaddere aliquid non vult, ad antidota tamen, ut est apud jureconsultos, astringitur. Si autem ad superiora longe tempora prospiciemus, statim illud nobis occurret, hanc florentissimam urbem vestram, cum diruta esset, et suis membris destituta, fereque similis solitudini, a divo Carolo Magno fuisse instauratam, ita ut quam urbis magnitudinem et speciem hodie intuemur, eam in Francos referatis acceptum necesse est[1]. Nec ab illo tempore alieni facti sunt a vestra amicitia Franci, nec ab eorum benivolentia ipsi defecistis. Stetit enim integra plurimo tempore ultro citroque mutua dilectio; tum adversus Ferdinandum, qui cum per Tusciam ducens, duodecim milibus armatorum agrum et castella vestra vastaret[2], lega-

années et y étudia avec succès la philosophie et la théologie. C'est à Paris qu'il connut Gaguin, avec lequel il se lia d'amitié. De retour en Espagne, François, tout en poursuivant ses études, se livra avec ardeur à la prédication. Il se rendit ensuite à Rome et s'attacha au service du cardinal Domenico Capranica. C'est chez ce dernier qu'il connut le secrétaire Jacopo da Lucca, qui devait être si célèbre plus tard sous le nom de cardinal de Pavie, et qu'il se lia avec lui d'une amitié qui devait durer toujours (Vespasiano da Bisticci, *Vite*, édit. Maï, Florence, 1859, in-8°, p. 142). Son savoir et son caractère le firent rapidement distinguer par les différents papes qui, de Nicolas V à Sixte IV, l'employèrent dans leurs négociations. Pie II mit à profit sa connaissance profonde du Droit et l'envoya, en 1460, en Allemagne, auprès de l'empereur, pour agir, de concert avec Bessarion, sur l'esprit de ce dernier et le détourner de tout acte d'hostilité contre la Hongrie (Pastor-Furcy-Reynaud, t. III, p. 153 et notes ; p. 188 et n.). Ses successives légations en France, en Bohême et en Espagne mirent en relief ses remarquables qualités de diplomate. Il partit de ce dernier pays avec une mission du roi d'Espagne, Henri IV, pour Paul II qui venait de succéder à Pie. Sixte IV, successeur de Paul, nomma François protonotaire apostolique et évêque de Cauria (10 mai 1475). Il était désigné, dans l'esprit de tous, pour le cardinalat, lorsqu'au retour d'une mission pacificatrice à Gênes où il s'était particulièrement surmené, il rentra à Rome, malade, et mourut peu de temps après, le 9 février 1479. Il fut enseveli dans l'église de Saint-Jacques des Espagnols, où son frère fit placer sur sa tombe l'épitaphe qu'on peut lire dans Gonzales d'Avila, et que rapporte Antonio, d'après ce dernier. *Bibl. Veteris Hispaniae*, liv. X, chap. XII, pp. 308 et sqq. (pour la bibliographie, cf. ci-dessus, t. I, p. 36, n. 2, et Pastor-Furcy-Raynaud, *Hist. des papes*, t. III, pp. 153, 188, 194, 207 ; t. IV, p. 407 et les notes).

1. Gaguin voulant s'exercer dans la langue latine, avait choisi *le Curial*, attribué jusqu'en ces derniers temps à l'humaniste Alain Chartier, et qui, dès son apparition, avait obtenu un très vif succès. M. Heuckenkamp, qui en a donné une édition critique, regarde le *Curial* français comme la traduction d'un original latin, le même publié

quamvis me doctrinam seu natura seu voluntas inclinasset, dictionis eciam dignitatem si quomodo possem adjungere,

par Martène dans l'*Amplissima Collectio* (t. II, col. 1459 et sqq.), d'après le ms. 978 de la bibliothèque de Tours, et dont l'auteur serait un italien, Ambrosius de Miliis (*Le Curial, par Alain Chartier, texte français du xve siècle avec l'original latin, publiés d'après les manuscrits.* Halle, s. S. 1899, in-8°). Mais M. Piaget, après avoir combattu les arguments développés par M. Heuckenkamp, conclut que « le texte français du *Curial* n'est pas d'Alain Chartier. Un inconnu a traduit le *Tractatus de vita curiali* et sa traduction, qui eut beaucoup de succès, fit oublier le latin et passa pour être de Chartier lui-même. Un autre traité d'Alain Chartier fut également traduit au xve siècle par un anonyme, le *Dialogus familiaris amici et sodalis* (Bibl. nat. fr. 1642, fol. 7). — *Romania*, t. XXX (1901), p. 47. Je renvoie, sans entrer dans la discussion des deux thèses en présence, à ce que j'ai dit précédemment (cf. t. I, p. 37, n. 1). On peut toutefois ajouter que le sentiment de Gaguin, relatif au *Curial*, était celui qui prévalait de son temps ; et l'on voit Martin Le Franc, comme Gaguin, considérer Alain Chartier pour l'auteur du *Curial* : c'est du moins ce qui paraît résulter d'un passage de l'*Estrif de Fortune* où l'un des interlocuteurs, *Vertu*, déclare qu' « Alain Chartier, poëte françois, nouvellement à mon plaisir descript a les miseres de la court » (Bibl. nat. fr. 1150, fol. 226). S'il s'agissait d'une traduction, il y aurait vraisemblablement « translaté » au lieu de « descript ». Quoi qu'il en soit, il est intéressant de mettre en regard du thème de Gaguin le texte latin dont il ignorait sans doute l'existence. Bien que la traduction de Gaguin soit loin de valoir ce dernier, elle est souvent heureuse, et témoigne de ses efforts pour parvenir à la bonne latinité. (Sur le plagiat dont elle fut l'objet de la part d'Ambroise de Cambray, cf. t. I, p. 37, n. 1).

Onze ans plus tard, l'imprimeur William Caxton traduisait en anglais le texte français du *Curial* : *The Curial made by maystere Alain Charretier, translated thus in Englyssh by William Caston*, 1484 ; *collated with the french original by Prof. Paul Meyer, and edited by Frederick J. Furnivall, London*, 1888 (Early English Text Society. Extra Series, LIV). Le *Tractatus de vita curiali* avait sans doute donné l'idée à Enea Silvio Piccolomini de composer sur le même sujet un petit traité qui parut en seconde édition dans l'atelier typographique de Sorbonne, en 1472 (cf. Philippe, *Origine de l'imprimerie à Paris* (Paris, 1885, in-4°), pp. 161 et sqq. ; et dans l'édition collective de Bâle (1551, in-fol.), *Epist.* 166, pp. 720 et sqq.). Quel que soit le jugement que l'on porte sur ce dernier

atque id maxime vel legendo vel scriptitando consequi, quod esset saltem non anile. Tam multos enim esse qui

écrit, il reste particulièrement curieux pour la connaissance des mœurs en usage dans les cours d'Allemagne, encore en pleine barbarie. Le sujet des misères de l'homme de Cour, depuis le Περὶ τῶν ἐν μισθῷ συνόντων de Lucien jusqu'au présent opuscule qui en découle, avait tenté de nombreux écrivains. Il serait intéressant de relever les traits communs qu'on remarque dans chacun d'eux. Parmi ceux-ci, le *Polycraticus* de Jean de Salisbury occupe la première place. On ne croirait pas, au charme qui se dégage de cet écrit, à l'élévation des pensées et à l'élégance du style, avoir affaire à un écrivain du XIIe siècle. L'ouvrage débute par un superbe éloge des lettres. *Polycraticus sive de nugis curialium et vestigiis philosophorum*, dans Migne, *Patrologie latine*, t. 199, p. 386 (la notice mise par J.-A. Giles en tête de son édition des *Opera omnia Johannis Saresberiensis* (Oxford et Londres, 1848, 5 vol. in-8°), est reproduite par Migne, p. XIX-XXIII). Le cordelier Denis Soulechart devait le traduire en français, en 1372, sur l'ordre du roi Charles V. Bibl. nat. fr. 24287 (sur ce « livre » mis « de latin en romans », cf. la note du *translateur*, fol. 296). Au commencement du XIVe siècle, Bernard de Geist, dans son dialogue en vers léonins *Palponista*, cherche à démontrer les avantages et la supériorité de la vie privée sur celle des cours. Il existe plusieurs mss. de cet ouvrage dont un à la Bibl. nat. lat. 8430, fol. 1-8 v° (XIVe s.) ; et trois éditions dont une, incunable s. d. (Bibl. nat. gYc 101), intitulée *Incipit Palpanista* (sic) *Bernardi feliciter*, en trois livres (cf. Campbell, *Annales de la typographie néerlandaise au* XVe *siècle*, n° 283) ; une seconde de Quentell, sous ce titre *De vita privata et aulica lib. duo* (Cologne, 1501, in-4°) ; une troisième de 1660, in-8°, avec le commentaire de Christ. Daumius (cf. Fabricius (Padoue, 1754), t. I, pp. 230-231). Dans la deuxième moitié du siècle, Philippe de Vitry, évêque de Meaux (1335-9 juin 1361), composait ses *Contreditz de franc Gonthier* que connaîtra plus tard l'auteur du *Tractatus de vita curiali* qui lui empruntera au moins un trait. Les *Contreditz* devinrent rapidement populaires. Il en existe une édition parisienne de 1490 (Bibl. nat. Rés. Ye 1091 et mYc 930). M. Piaget, qui en a donné une édition critique (*Romania*, 1898, pp. 61-65), n'a pas eu connaissance du ms. de la Bibl. nat. lat. 6707, fol. 193-195 (fin du XVe siècle), lequel présente plusieurs variantes avec le texte adopté. — Nicolas de Clamenges (mort en 1437, *Romania*, t. XXV (1896), pp. 131-133), dans deux lettres à Jean de Montreuil (epist. XIV, pp. 57-59 ; epist. XVIII, pp. 72-79) et dans une autre à Nicolas de Baye (epist. CIV, pp. 296-297), flétrit la vie et les

variis disciplinis summe imbuti essent, nichil vero dicerent quod splendore orationis effulgeret, longe dedecere semper

misères des courtisans (*Gpera*, Leyde, 1613, in-4°). J. de Montreuil fait de même dans une épître à Pierre Manhac et à Gonthier Colle (Bibl. nat. lat. 13062, fol. 25, imprimée dans Martène, *Amplissima coll.*, t. II, col. 2398). — Viennent ensuite quelques ballades d'Eustache Deschamps sur le même sujet. *Œuvres complètes*, édit. Queux de Saint-Hilaire, t. V, ballades 943, 968, 1017, 1018, 1021, 1096. La ballade 1258 (t. VI) dont le refrain *Car il n'est rien qui vaille franche vie* est comme un écho de Philippe de Vitry, en attendant la contre-partie de Villon qui se fera entendre au siècle suivant (*Œuvres*, édit. Longnon, p. 83). — *L'abuzé en court*, a tribué à tort au roi René (*Œuvres complètes*, édit. de Quatre-barbes, t. IV, pp. 73 et sqq.), mais dont l'auteur, d'après l'*explicit* du ms. de la Bibl. nat. fr. 12772, est Charles de Rochefort, mérite d'être mentionné, ainsi que quelques vers énergiques de Meschinot, reproduits par M. Arthur de la Borderie, *Jean Meschinot, sa vie et ses œuvres* (Paris, 1896, in-8°), p. 84. — Octavien de Saint-Gelais, dans son *Trésor de Noblesse* (Paris, imprimé pour Vérard, in-fol., s. d.), s'étend longuement sur les vices et les misères des curiaux (chap. XII-XXIII, fol. 64-86 v°). L'exemplaire de présentation à Charles VIII avec la dédicace de l'évêque d'Angoulême au roi est conservé à la Bibl. Mazarine (*Inc.* Vélins, 607). Cet ouvrage est un effronté plagiat du ms. de la Bibl. nat. fr. 579, le *De regimine principum* de Gilles de Rome, ms. ayant appartenu au duc de Nemours, Jacques d'Armagnac, exécuté par justice le 4 août 1477. Dans ce volume de Saint-Gelais, il n'y a que la dédicace à Charles VIII dont il puisse revendiquer la paternité ; et cette dédicace, rédigée dans un style presque inintelligible, est une des plus grotesques du genre. En 1517, le libraire Guillaume Eustache s'empara du texte que Saint-Gelais s'était approprié en s'en déclarant faussement l'auteur, et le publiait sous ce titre : *Le mirouer exemplaire et tres fructueuse instruction selon la compilation de Gilles de Rome, tres excellent docteur, du regime et gouvernement des roys* (Paris, 1517, in-fol., I-118), Bibl. nat. Rés. E 355. C'est la reproduction exacte de l'édition de Vérard, avec rajeunissement dans l'orthographe (M. Piaget a montré récemment qu'un volume publié en 1509, sous le nom d'Octavien de Saint-Gelais, *La chasse et le départ d'amours*, contenait, avec quelques légères variantes, la plupart des poésies de Charles d'Orléans. Cf. *Romania*, t. XXI (1902), pp. 581 et sqq. — Une réminiscence évidente du *Curial* se retrouve dans la longue lettre de Pierre Schot à Bohuslaus de Lobskowich de Hassenstein, relative à l'institution salutaire de la vie chrétienne

judicavi. Sed quia ductor nobis ad hanc rem a puero non affuit, scio quam minime sum id quod optabam consecutus. Nam qui satis latine preciperent, duos tantum in hac Parisiensi scola, nostra etate, cognovimus. Et alter quidem italus ut ex hac urbe, ita e vita cito demigravit [1]; alter vero Guillermus Fichetus suis revera nos ita preceptis inchoavit, ut priusquam doctrina satis firmaremur, evolavit [2]. Quamobrem frustrati dicendi magistris, desiderio nostro satis tantum fecimus, quantum ex probatissimorum autorum assidua lectione potuimus. Incubuimus quoque nonnun-

Lucubraciuncule ornatissime (Strasbourg, 1498, in-4°, fol. 66 v° et sqq.), et plus encore dans une pièce de vingt-cinq distiques de Textor de Ravisi, collègue de Gaguin à l'Université de Paris. Ce *Carmen de miseria curialium* fut imprimé à Paris en 1519, à la suite du dialogue d'Ulrich de Hutten, *Aula*, qui avait paru l'année précédente, à Bâle. Cf. l'édition de Böcking, *U. Hutteni equitis Operum supplementum*, Leipzig, 1869, in-8°, t. II, pp. 820-823 (l'*Aula* est publiée dans le t. IV, pp. 43-74 de cette édition). Les peintures d'Ulrich de Hutten sont vraiment ignobles (cf. p. 71) ; il semble que la vie des courtisans se résume en ces trois mots : *bibitur, vomitur, effunditur* (*Ibid.*), accusation qu'il répétait presque textuellement, l'année suivante, dans son *Liber de guaiaci medicina et morbo gallico* (Mayence, 1519, in-4°), cap. xx. Cf. J. Burckhard, *De Ulrici de Hutten... fatis ac meritis* (Wolfenbuttel, 1723, in-8°), pp. 137-139. Cette description, toutefois, concorde avec celle d'Enea Silvio, et son exactitude ne saurait être mise en doute, quand on se rappelle certaines lettres de Campano sur l'Allemagne (toute part faite à son esprit de denigrement systématique), et le passage d'une épitre de Pogge au cardinal de Saint-Ange. *Epistolae* (Strasbourg, 1513, in-fol.), fol. 117 v°. Le dialogue d'Ulrich de Hutten est également imprimé avec le traité d'Enea Silvio et celui d'Antonio de Guevara dans le recueil de Petreius : AULICA VITA *et opposita huic* VITA PRIVITA, *a diversis um recentioribus autoribus luculenter descripta... edita ab Henrico Petreio Herdesiano* (Francfort, 1578, 2e édit., in-8°).

1. Gaguin fait allusion à Gregorio da Città di Castello. Cf. la *Notice biographique*, t. I, pp. 9 et sqq., et notes.

2. Sur Guillaume Fichet, cf. ci-dessus, t. I, pp. 13, 220, n. 5, et Lettres, nos 10, 11, 16, 21, 22.

quam vertendis in latinum gallicis opusculis, que nostri in suo genere non rudes edidissent; propterea quod id genus exercitacionis prodesse maxime Cicero confirmaret. Alani igitur Quadrigarii libellus Curialis (hoc enim nomine auctor illum suus inscripsit) cum manus nostras calendis Octobris incidisset, visusque nobis esset tum verbis illustratus tum sententiis perfecundus, latinum illum facere exercitacionis causa perreximus. Quem nulli adhuc communem factum tue potissimum Dignitati sacravimus, ut a quo nostre fortune firmamentum sumpsissent, quantulo saltem apud te munusculo non ingrati esse videremur; presertim iis in rebus quas opibus multis, tanquam sapiens, preponderas. Quod si brevis est codicillus, et tua profecto Dignitate longe inferior, ipsaque muneris loco non erit reponendus, sit, oro, nostri in te debiti obsequii monumentum perenne; sit tanquam pignusculum aliquod veneracionis et amoris. Nam nichil est, fateor, quod tunc in me largitati satis a me tibi compensatum iri possit. Tuus sum, quem liberalitate nimia, quem summa humanitate tuum esse et vis et cogis. Sed jam aurigantem Quadrigarium audiamus, qui de mediis curie scopulis ad se properantem amicum avertit.

Ad reverendum patrem dominum Franciscum Tolletanum, Theologie doctorem, Roberti Gaguini epigramma.

Quamvis Ausoniis satis oblectare camenis,
Non pater invitus gallica plectra feras.
Non ego, laudis amans, romana ad compita carmen
Ordior, hoc majus quam lira nostra sonet.

Que tua fortunis nostris fuit anchora virtus,
Hanc sequor, hanc miror, hanc veneratus amo.
Illi si quid erit quod ludere fistula tentet,
Venimus et laudes ferre per astra tuas.
Primicias igitur nostri jam sume laboris,
Et mox augendus non sit inanis honor.
Italus ex gallo factus precurrit Alanus,
In te qui nostri testis amoris eat.

1473, 12 die decembris.

(Bibl. Nat. nouv. acq. lat. 711, fol. 66-67.)

VI

(Paris, 26 décembre 1488.)

Robertus Gaguinus, Ordinis sancte Trinitatis de redemptione captivorum minister generalis, Arnoldo Bostio[1], *ordinis dive Marie de Carmelo religiosissimo professori S. P. D.*

Vicisti me tandem, Bosti, jugi ac pene importuna postulatione tua, non rusticitate quidem aut duricia aliqua animi tui repugnantem, sed territum difficultate prestandi ejus quod petebas. Est enim dive Marie conceptionis tractatio tam supra vires nostras, quam et gnati ejus a patre in celis accepta majestas, et a matre in terris mortalis nature suscepta humilitas. Et de prima quidem Virginis origine

1. Sur Arnold de Bost, cf. précédemment t. I, p. 312, n. 1, et lettre 48, p. 366, et la *Notice biographique*, pp. 72 et sqq.

(id est de paterni ut ipsa gigneretur seminis ingestu) cum a plerisque longe litteratis autoribus diversa prorsus sentencia feratur, quam proximum arrogantie videri judicabam, si alterum tam varie positionis locum defendendum tuendumque assumerem ; presertim eo genere dicendi quod ad res celestes et divinas [1], et a nostris omnino sensibus reconditas, pertingere non possit. Nam si libera et soluta numeris oratione nunquam ea que fidei sunt satis explicantur, quis impedita legibus dictione et versu eadem absolute pertractet ? In qua re illud potissimum difficultatem augebat, quod neminem michi ducem intuebam qui hanc virginee conceptionis provinciam versibus obivisset, sed nec primum ejus limen numeris attigisset. Sicut enim viam semel ingressus nos facile sequaces adjungimus, ita profecto aperiende vie atque premonstrande rationem inviti tristesque desumimus. Enimvero nemo qui cujusvis discipline primos ductus extulit non reprehensus est, subeuntibus subinde posteris, qui asperiora equabilius complanare et tersius polire adnitantur. Quibus (utinam) hoc unum illis studium esset, et non legerent aliorum traditiones calumniandi, gratia magis quam emendandi, crescerent artes atque ornarentur, gratiaque iis haberetur et honos qui tentassent quive conati [2] essent, si non optima, saltem non omnino inania, ministrare. Quis enim tam futilis et minimi habendus autor est, qui opis quicquam lectori non prestat ? aut enim error nos alienus circumspectiores reddit, aut excitat eadem melius concinare, aut id prodit quod nos

1. divicias (dans l'édition originale suivie ici (Paris, Caillaut, 1488), et dans celle de Baligault (Bibl. nat. Rés. pYc 1051).
2. qui ve cognati (Caillaut) ; qui ut arvati (Baligault).

querendo lassasset. Ingredientibus igitur nobis viam qua neminem antea scimus incessisse, tu jam, Bosti, pius cum optimis quibuscunque scholasticis fautor accede. Lege hec prius tibi, et versiculos seorsum nostros experire. Non enim in eis exornandis menses plurimos, sed dies triginta ad summum, inter quotidianas nostras impeditiones consumpsimus. Itaque ad sexto kalendas decembres incoatos, eosdem quales cernis dominicus Natalis excepit. Illos ergo a te liberos non emittas, nisi pensiculatos judices premi ne in lucem an ad me remitti deceat castigandos. Vale. Ex aedibus nostris apud S. Maturinum Parisiensem, die festo divi Stephani protomartiris, millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo.

Sic animus tulerat scriptis non prodere mentem,
Nec sevis, Bosti, dentibus arma dare.
Undique nunc frendens spirat convicia livor,
Sumit et ex arte proba poeta dicax.
Depravat quecunque geras, quecunque loquaris,
Et male (proh) dictis pulpita concrepitant.
Credideram felicem impressis artibus orbem,
Et fuerat, si non verteret hostis opes.
Rara fuit nuper castis facundia buccis;
Nunc strepit innumeris garrula lingua modis.
Hoc undante salo demisit carbasa lembus,
Et tuto sese littore continuit.
Sed tuus ignivomo surgens a numine chorus
Impulit insueto nunc dare vela freto.
Solvimus, aspirent zephiri, trudantque procellas,
Et maris effulgens stella, Maria, fave.
Non ego te preter in votis numen habebo;

Numinis es mater numine plena veni.
Dent alii vetitis sua (Bosti) vela deabus,
Sit Nereus illis, sit nigra turba comes.
Unus in astrifero nobis Deus extat Olympo,
Et terre et liquidis qui dominatur aquis.
Hic nauclerus erit, hoc et nos remige ponthum
Currimus, evictis syrtibus et scopulis.
Tu votis comitare ratem quam sepe revisam
Conspicis a notis sedibus ire procul.
Cautibus allisa si forte admiserit undas,
Vel musco rimam vel pice coge. Vale[1].

VII

(Londres, 20 novembre 1489.)

Robertus Gaguinus Petro Succurribili[2]*, doctori theologo.*

Forte rogas cur nos Helycon nec musa citarit
Ludere, dum longam pergimus usque viam?

1. Bibl. Sainte-Geneviève *Inc.* 780 (Ham, 7414), sous ce titre : *Carmen de mundissima virginis Marie conceptione adversus Vincentium de Castro Novo*, aii r° et v°. Sur les raisons qui décidèrent Gaguin à composer ce traité, cf. la *Notice biographique*, t. I, pp. 72 et sqq.

2. Pierre le Secourable naquit à Saint-Lô, en Normandie. En 1470, au mois de février, il avait un procès avec Étienne Gervais, proviseur du collège d'Harcourt (Du Boulay, t. V, *Index*, au mot *Stephanus Gervasi*). Son nom figure, la même année, dans un procès contre Charles le Sac où il est qualifié de maître ès arts, boursier du collège d'Harcourt (cf. ci-dessus, t. I, p. 209, n. 1). Le 5 février 1476, il était reçu premier à la licence en théologie sous la présidence de Denis le Harpeur, chancelier de Notre-Dame (Bibl. nat. lat. 9945, fol. 234, et lat. 15440, p. 12). Il jouit d'une

Anxia versiculis interdum cura levatur,
Et narrata rapit fabula dulcis iter.

grande réputation comme théologien et comme orateur. Il fut chargé de haranguer l'ambassade flamande qui venait chercher la ratification du traité d'Arras et qui entra à Paris le samedi 4 janvier 1483. Le lendemain, il prononçait « une moult belle collation » à Notre-Dame où les ambassadeurs étaient venus « oyr illec la messe » (*Chronique Scandaleuse*, t. II, p. 126). Nommé archidiacre de Rouen, il prenait possession de son siège le 21 janvier 1485. C'est lui-même qui relate ce détail sur le plat de la reliure d'un manuscrit de Virgile conservé à la Bibliothèque nationale, lat. 7969. « Petrus le Secourable hujus libri dominus cepit possessionem pacificam archidiaconatus Rothomagensis die xxi januarii anno domini M°[cccclxxx]iiii, de more gallicano computando.

Die presentis sequenti contionem fecit Rothomagi coram Karolo rege Francorum octavo, et die martis proxima oracionem habuit coram dicto rege, dominis ducibus Aurelianensi et Lothorengie et multis prelatis et dominis presentibus pro ducatu Normannie et tribus statibus ibidem convocatis. » Sur le second plat, on lit, écrit de sa main : « Petrus le Secourable doctor regens in facultate theologie Parisius, ex ordinatione Universitatis Parisiensis primam habuit oracionem coram rege Karolo octavo, in suo primo adventu Parisius, presentibus dominis ducibus Aurelianensi, Alanconii et Borbonii, conestabulario multisque aliis, secunda julliı anni Domini M.IIII.cIIIIxx et iiij.

Et anno ejusdem Domini m°.iiii.iiii.°°xviij, habuit etiam oracionem ex [parte] alme matris Universitatis coram Ludovico rege etiam in suo primo adventu Parisius in mense jullio, presentibus multis. Utinam omnia ad honorem Universitatis et anime sue salutem! » (Sur ce ms. qui contient des commentaires de Servius, en marges, cf. Émile Thomas, *Essai sur Servius et son commentaire sur Virgile*, Paris, 1880, in-8°, pp. 315-316.) Le Mémorial de la Faculté de Décret fait allusion à cette dernière harangue de Pierre le Secourable : « Jovis, v° julii [1498] Universitas visitavit regem Ludovicum duodecimum et habuit per organum magistri Petri Scourable elegantem et prolixam orationem : quiquidem princeps non multa promisit Universitati » (Bibl. de la Faculté de Droit de Paris, *Mémorial*, t. II, fol. 253 v°). M. Charles de Beaurepaire, dans son intéressante relation de l'*Entrée et séjour de Charles VIII à Rouen, en* 1485 (Caen, 1854, in-8°) ne fait pas allusion à cette harangue de Pierre le Secourable à Charles VIII. P. le Secourable fut élu, pour le baillage de Rouen, comme représentant de l'Église, dans les États provinciaux convoqués le 18 mai, par le roi, au château de

Fasce minus premitur demulsus carmine vector, 5
Et vigil ad lichnos pensa puella rotat.

Bouvreuil. (*Ibidem*, pp. 28 et sqq). — (Sur la collation à P. le Secourable de l'archidiaconé de Rouen, même ouvrage, p. 30).

Pierre le Secourable figure parmi les signataires de l'arrêt contre les Nominaux (Du Boulay, t. V, p. 707) : il figure également comme témoin dans le procès de Jeanne de France (R. de Maulde, *Procédures politiques*, pp. 944, 952). Il fut doyen de la Faculté de théologie, en 1495, et fonda une messe, chez les Augustines, le jour de la fête de la Conception de la Sainte Vierge, et une autre messe chez les Carmélites, le jour de la Purification ; et Richer, qui rapporte ces détails, ajoute : « ...tumque primo datae sunt candelae doctoribus et cerei, die purificationis B. Mariae ; ejusdem fundatio erat quatuor tantum librarum parisiensium et singulis doctoribus dabantur duodecim denarii » (Bibl. nat. lat. 9945, fol. 238 v°). Pierre le Secourable comptait parmi ses amis Guillaume de la Mare, son compatriote, qui lui a adressé la 22e lettre de son recueil. *Epistole et orationes* (Paris, 1514, in-4°), Bibl. nat. Rés. Z 1064. Il avait fait une fondation importante à la cathédrale de Rouen pour célébrer solennellement la fête de l'Immaculée conception (Fierville, *Guillaume de la Mare*, p. 54, n. 3), ce qui dut causer à Gaguin la plus vive satisfaction. Le célèbre Geoffroy Boussard, dans la dédicace qu'il adresse à Pierre le Secourable du commentaire de saint Augustin sur les épîtres de saint Paul, fait le plus grand éloge de sa science, de son caractère et de son dévouement aux intérêts de la Faculté. *Divi Augustini in sacras Pauli epistolas... interpretatio per Venerabilem Bedam* (Paris, 1499, in-fol.). Bibl. nat. Rés. C 565. — Guillaume Ybert, prêtre, né à Saint-Lô, vers 1630, et principal du collège de cette ville, composa un poème sur sa ville natale dans lequel il fait allusion à Pierre le Secourable, dont il prétendait descendre :

« Nam Succurribilis, junctus mihi origine »,

dit-il (vers 492). *Annuaire du département de la Manche*, Saint-Lô, 1837 pp. 148-189, texte latin et traduction en regard). Cf., en outre, Du Boulay, t. V, p. 916. Pierre le Secourable mourut à Paris, en 1508 (Du Boulay, t. VI, pp. 40-43). Il fut enterré dans l'église du prieuré de Sainte-Catherine du Val des Écoliers. L'inscription tombale portait : « Cy gist venerable et scientifique personne maistre Pierre le Secourable, natif de Saint Lo, en Normandie, en son vivant docteur en la Faculté de theologie de Paris, proviseur et maistre du college de Harcourt, grand archidiacre et chanoine de l'eglise de Rouen, lequel trepassa plein de jours, le XIVe jour de novembre MDVIII. » (*Épitaphier*

Non animo, mi Petre, putes tepuisse Robertum.
Defuit ars illi, defuit atque comes.
Nam quibus incumbunt ingentia seria regum,
Hos jocus et Clyo non revocanda fugit.
Ut spinis incultus ager et vepribus horret,
Sic dissueta modis lingua diserta jacet;
Nec numeros collega, feras sectatus et apros
Curat, agit canibus, et volat accipitre:
Armat equos bellis, et figit arundine costas,
Victor et a Medis cum Macedone redit.
Talia dum narrat generosior Hectore miles,
Quis possit Musis dexter adesse locus?
Artibus his plerumque dies pretexitur umbra.
Occupat et cenas, ardea, vultur, anas.
Preterea pelagi surgentes undique fluctus,
Plectra chorosque sono destiteure suo.
Quid non ora procax, et grandine mixta procella
Terreat, et stagnans dum ferit unda ratem?
Excidit omne michi Musarum numen et ardor,
Nec vertigo meum deserit ipsa caput.
Mens tamen ardescit reges componere pace,
Si Maia genitus rectus in ore sonet.

Ex Londoniis .xx. novembris.

(*Gaguini Epistole et Carmina*, édit. Bocard, sig. D).

du Vieux Paris, publié par M. Émile Raunié (*Hist. gén. de Paris*), t. II, p. 280, n° 767). Cette date du 14 novembre est contredite par un document transcrit par Du Boulay (t. VI, p. 40); d'autre part, l'*Index obituum in ecclesia Rotomagensi* donne la date du 14 avril 1508. (Bibl. nat. acq. lat. 250, fol. 17).

VIII

(Paris, vers 1490.)

Ad Dominicum Mancinum responsio[1].

Ignibus aut rapido ne mandes flumine mergi
Que, Mancine, facis carmina digna Jove.

1. L'origine de cette gracieuse épître de Gaguin paraît avoir été, d'après les pièces qui suivent, une vulgaire question de mitoyenneté. Gaguin avait un voisin, Domenico Mancini, dont la propriété était contiguë à celle des Mathurins, et dont le bois débordait en partie chez eux. Le droit strict de Gaguin était de faire abattre ce qui dépassait. Tout d'abord, Mancini semblait résigné à cette mutilation, et il adressait ce premier billet à Gaguin, dans lequel il laisse toutefois percer ses véritables sentiments.

Dominicus Mancinus Roberto Gaguino. S. D.

Cedua silva michi surgit, sed acuta bipennis
Est tibi, tum dure falcis acumen habes.
Si stipes peccat, dura concide bipenni.
Si fruticant rami, falce secare velis.
Stipes erit totus, si non placet, ipse revulsus.
Nec sine de ramis luxuriare comas.

Mais, pris de regrets, Mancini revenait bientôt sur ce sacrifice trop tôt consenti, et adressait à Gaguin un second billet, où il lui demandait grâce pour ses arbres, et le priait de les épargner.

Idem ad eundem.

Digna tuo ferro vereor sit silva recidi,
Sed potius flammis illa abolenda tuis,
Aut Jove sub pluvio ne sit compulsa natare
Inscia, que flammas semper et odit aquas.

Amphyona ferunt Thebarum menia cantu
Et silices duras exagitasse lyra.

Te Vulcane, precor, precor et tua numina Thetis,
Ut silve parcas arboribusque meis.
Si tamen ipse furor cogit, scitote quod una
Si per vos pereat, altera silva subit.

Gaguin, touché de cette requête si spirituellement présentée, se garda bien de faire exécuter la coupe redoutée. Il remercia Mancini de ses vers et l'autorisa à laisser ses arbres s'étendre en toute liberté. Il est d'ailleurs très vraisemblable que Gaguin entretenait avec Mancini des relations d'amitié. Ils comptaient des amis communs et étaient rapprochés par la même profession, par les mêmes études, par les mêmes doctrines littéraires et le même amour de l'humanisme. — Domenico Mancini appartenait à l'illustre famille romaine des Mancini. Il était fils d'Alessandro Mancini et d'Ambrosina Fabii qui est nommée dans le testament de Giovanbattista Mancini, son quatrième fils, en date du 19 septembre 1518 (Bibl. nat., *Dossiers bleus*, 422, fol. 26 (fr. 29967); fr. 28308, fol. 22 et sqq. (*Mém. généalogique de la Maison Mancini*). Ami de Federico de Sanseverino, évêque de Maillezais, de la noble famille napolitaine de ce nom, Mancini, qui était prêtre, s'était attaché à son service. Dans une preface en vers au *Lectura primi sententiarum fratris Gregorii de Ariminio* dont il sera parlé plus loin, il prenait les titres d' « orateur, de poète laureat et de comte palatin ». On n'a aucun renseignement sur la date exacte de sa naissance, mais dans la preface à son *Libellus de quattuor virtutibus* (Paris, 22 décembre 1484), dédié à Federico de Sanseverino, il entre dans des details qui permettent d'établir approximativement son âge :

Non mea fert aetas juveniles aedere lusus,
Quosque solet vulgus commemorare jocos.
Non etenim salibus cani sunt mollibus apti,
Nec deceat juvenum tela movere senem.
Quam turpe est, cano surgunt cui vellera mento,
Si pueris mixtus, jactet et ipse nuces.
Quam male conveniat, teneros si ludat amores,
Vel Cato, vel Curius, Fabriciusque gravis.
. . . . . .
. . . . . .
Non etiam sanctus quo ascribor postulat ordo,
Et votum fidei, religioque sacra,
Me nisi res sanctas perscribere tum meditari,
Deque fide sancta, catholicaque loqui.

Numina sic potis es vel tetros flectere manes, 5
Tam purum et dulce conficis arte melos.

(fol. 3). Au xve siècle, où la vie moyenne était moins longue qu'aujourd'hui, on était un vieillard à soixante ans, ce qui reporterait la naissance de Mancini vers l'année 1424, environ. Même incertitude sur la date de sa mort. Trithème, dans l'elogieuse notice qu'il lui consacre, déclare qu'il passait pour être encore vivant (vivere adhuc dicitur) au moment où il écrit, en 1494 (*Liber de scriptoribus ecclesiasticis* (1494), fol. 139). Dans le *Libellus de quattuor virtutibus* (Bibl. nat. Rés. mYc 179), qui comprend, à la suite, de très intéressantes poésies d'une latinité correcte et élégante, on remarque une *Elegia in laudem Claudii Valdreii equitis Burgundi, equitis insignis qui aequo campo, aequisque armis, omnibus sibi certare volentibus armatum Parisiis se obtulit, et per .XI. dies certavit* (cf. *Commynes*, édit. Dupont, t. II, p. 193, n. 2) ; une Satyra in Oliverium, Danielem et Deaccum, trois pièces à Guillaume de Rochefort, une autre à Jean de Rely, et une dernière sur l'enfance de Charles VIII jusqu'à son entrée à Paris. En 1488, il publiait son *Tractatus de Passione Domini* suivi du *Libellus de quattuor virtutibus* (Bibl. nat. Rés. mYc 197). Une édition du *Tractatus* paraissait à Leipzig, en 1505, in-4°. Au verso du titre figure un *Tetrastichon magistri Gregorii Konitz ad Dominum magistrum Hieronymum Beuteler de Camentz repetitorem Mancini* (Bibl. nat. Rés. pYc 4). Le mérite littéraire de cet ouvrage est attesté par le nombre des éditions qui en parurent jusqu'en 1691, la dernière publiée (en voir la liste dans Freytag, *Adparatus litterarius*, Leipzig, 1755, t. III, pp. 8-10). Aussi ne s'explique-t'on pas comment Jacques Burckhard, dont les appréciations sont généralement dictées par un sentiment exact de la mesure, ait pu ranger les poésies de Mancini à la suite du *Doctrinale* d'Alexandre de Ville-Dieu et d'autres ouvrages scholastiques *ejusdem farinae*, comme il dit, et justement tombés dans l'oubli. *De linguae latinae in Germania per XVII saecula amplius fatis* (Hanovre, 1713, in-8°), pp. 285-286. — Trithème s'était tu sur la nationalité de Mancini (*De script. eccl.*, fol. 139) ; Giraldi, par une singulière méprise, le fait allemand (*De poetis nostrorum temporum*, édit. Karl Wolke, Berlin, 1894, p. 66). Mercier de Saint-Léger le déclare « françois de nation » (Bibl. nat. nouv. acq. fr. 6285, feuillet 90) ; la vérité, comme on vient de le voir, est qu'il était italien. — L'ouvrage ci-dessus mentionné, le *Lectura primi sententiarum fratris Gregorii de Ariminio*, parut à Paris le 9 août 1482. Ce rare volume, conservé à la Bibl. nat. Rés. D 54, est rendu plus précieux encore par un ex-libris autographe d'Angelo Cato, archevêque de Vienne, à l'ins-

Non ergo audebo seva temerare bipenni
Quos deceat lucos religione coli.
Se tollant potius letis ad sydera ramis,
Atque his Ydeum cedat et omne nemus.
Hic satyri ludant, et tangant plectra Napee,
Delius arguto pollice carmen agat.
Sic me (crede) tui versus, Dominice, levarunt,
Ut solet egrotos dum venit alma salus.

(*Ars versificatoria*, édit. Baligault, in-4, s. date, dern. ff.).

IX

(Paris, 1491.)

Benedictio fratrum qui ad redimendos captivos peregrinantur a Domino Roberto Gaguino, decretorum doctore, majore ministro Ordinis nostri instituta anno Domini M. cccc. nonagesimo primo.

℣. Adjutorium nostrum. ℣. Sit nomen. *Ps.* Deus in nomine. *P.* Deus noster refugium. *P.* Levavi. ℣. Gloria. Respice Domine in servos tuos. Et in opera. Esto Domine eis turris fortitudinis. A facie vestra. Domine exaudi.

tigation duquel Commines rédigea ses *Mémoires* qu'il lui dédie. Il est ainsi conçu : *Angeli Catonis archiepiscopi et comitis Viennensium et primi Galliarum primatis et amicorum codex. Parisii, M.CCCC.LXXXVI, prima maii* (fol. Ai). (Sur ce dernier, cf. Bibl. nat. lat. 13706, la notice de Mlle Dupont, *Commynes*, t. I, pp. 1-4 ; t. III, p. 491 ; Claudin, *Origines de l'imprimerie à Albi et en Languedoc*... (Paris, 1880, in-8°), pp. 76-77 et notes ; Balbi, *Opera* (édit. de Retzer, t. I, p. 180, n° 81 (9 distiques) ; le *Trésor de numismatique* (Méd. italiens), planche XL, n° 1 (portrait d'A. Cato) ; et ci-dessus, t. I, p. 88 et note 1.

Oratio. Adesto Domine supplicationibus nostris, et viam famulorum tuorum in salutis prosperitate dispone, ut inter omnes hujus vie et vite varietates tuo semper protegantur auxilio. *P.*

Alia oratio. Deus omnipotens, celorum et terre Dominus, qui inscrutabili tue sapientie consilio unigenitum filium tuum carnis humane tegumento velatum ad mortales hominum aspectus misisti, ut hominem per inobedientiam lapsum captivumque a diaboli servitute redimeret atque liberaret, exaudi nos hodie te suppliciter postulantes, ut hii dilecti confratres nostri, quos tue exemplo misericordie edocti ad infideles terras prepositi delegamus, eos quos pro nominis tui honore et fidei christiane confessione detentos et vinctos invenerint, educant et salvent, ad tuorum communionem fidelium eos reducendo, da, misericordissime Deus, famulis tuis hoc sancte redemptionis negotium per humilitatis obedientiam recipientibus felicem a nobis digressum, iter prosperum et in omni regione et loco qua transituri se (*sic*) viam et stacionem salutarem: nulla eos inquietet adversitas, propediat atque moretur : sint semper tuo subsidio firmati, sint tua protectione securi, sint tua ubique benedictione et propiciacione consolati, ut quos de tuo sperantes auxilio, scilicet pio corde commendas, eos negocio feliciter pacto recipias incolumes.

P. Deus autem pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco, dirigatque corda vestra in caritate Dei et patiencia Christi. Amen [1].

(*Missale Ordinis SS. Trinitatis*, Bibl. Mazarine, ms. 429, fol. 279 r° et v°).

1. Sur cette *benedictio*, cf. t. 1, p. 98 et n.

X

(Paris, 1492.)

Cunctis Marie matris Christi veneratoribus Robertus Gaguinus, Ordinis fratrum sancte Trinitatis de redemptione captivorum dictus major minister, salutem et veram quam suis Christus discipulis reliquit, charitatem optat et pacem [1].

Nemo christiane religionis instituta secutus ignorat ec-

1. Ce traité ou sermon de Gaguin (il leur donne ces deux qualifications) a eu, à la fin du xve siècle, de nombreuses éditions, toutes sorties, sauf deux, des presses de Félix Baligault, et sans date. Il est vraisemblable que ce sermon, auquel Gaguin ne fait aucune allusion ni dans son *Carmen de mundissima Virginis Marie conceptione*, ni dans la lettre de dédicace à son correspondant Arnold de Bost (cf. ci-dessus, p. 207), fut composé et publié après ce dernier ouvrage, sans doute en 1492, année de l'entrée en exercice de Félix Baligault (Ph. Bernard, *Imprimeurs parisiens*, p. 14). Dans sa liste des ouvrages de Gaguin, Trithème met le traité de ce dernier après le poème (*De script. eccl.* (1494), fol. 132 v°). Gaguin fait de même dans la rédaction du titre de l'édition collective de ses œuvres donnée par Bocard (Paris, 1498, in-4°). Dans le présent traité, Gaguin a encore en vue Bandello dont il cherche à réfuter les assertions, mais il ne prononce pas le nom de ce dernier, qui est d'ailleurs suffisamment désigné pour tout lecteur au courant de cette polémique. Quelques années avant, en 1486, le franciscain Ludovico della Torre avait publié, en réponse aux deux traités de Bandello, un volume dont il suffit de citer le colophon pour en marquer l'esprit : « *Opus benedictissime conceptionis virginis Marie per venerandum et sacrarum litterarum doctissimum interpretem fratrem Ludovicum a Turri, de Verona, Ordinis minorum observantie, devotissime editum contra libellum invectivarum religiosi innominati, turpiter de apostolico ordine, imo de virginea innocentia obloquentis, explicit, impressum Brixie per Boninum de Boninis de Ragusia et completum XVIIII augusti intra octavum ejusdem*

clesiis Dei morem diligenter atque reverenter hactenus fuisse observatum, ut eorum qui nomen sanctitatis claritate gestorum meruerunt, venerabilis memoria coleretur. Tum siquidem primum illos vere nasci mater Ecclesia confitetur, cum beatam apud superos vitam morte adepti sunt. *Preciosa est*, inquit propheta, *in conspectu Domini, mors sanctorum ejus* [1]. Quippe quibus ex hac humana peregrinatione mors est in vitam perpetuam introitus. Natales enim nostros in hanc rerum caliginem, utpote faustos et felices, Herodiano fastu repetere majores nostri damnaverunt. Et tribus ex omni numero beatorum festum nativitatis diem dicavere, Deo scilicet et homini Christo qui sanctorum est sanctus : ejus preterea purissime genitrici que salutiferum terris splendorem prima feminarum intulit, et dominico precursori, Baptiste Johanni [2], cui Christum adventantem precurrere, et presentem indicare peculiari fuerat dono concessum : ceteris omnibus quantalibet sanctitate coruscent, id solenne negatum est. Itaque non vite initium peccatori, sed ad virtutem progressus, et ad Deum felix migratio laudi vertitur. Tum denique venerandos eos suscipit Ecclesia, cum et dignitate meritorum commendati, et Dei ope

immaculate virginis an. Domini M.CCCC.LXXXVI » (in-4°. — Bibl. nat. Rés. D 4730). Le *Libellus recollectorius* de Bandello (1475) ne porte pas, en effet, de nom d'auteur, mais Bandello revendique la paternité de cet ouvrage en deux endroits différents de son *Liber ducentorum...* (1481) par lui dédié à Hercule d'Este (fol. 14 v° et 67). (Sur ces deux ouvrages de Bandello, cf. ci-dessus, t. I, p. 72 et n. 4. Il existe du *Liber ducentorum...* une édition du XVIIe siècle, *ad exemplar impressum Bononiae*, Bibl. nat. Inv. D 12687).

1. *Psalm.* CXV, 15.

2. L'Église célèbre la nativité de la Sainte Vierge le 8 septembre, celle de saint Jean-Baptiste le 24 juin, celle de Jésus-Christ le 25 décembre.

subnixi, amicorum Dei appellationem, et beate eternitatis consortium non obscuris existimantur signis meruisse. Sed hic legis atque observationis rigor ad eam usque non pertingit cui fuit sine contaminatione peccati conceptio, et sine inquinamento virginitatis fecunditas. Non enim solius nativitatis Marie dies veneratione digna est ; sed illa lux quoque felicissima credi potest, que Dei miseratione virgineo erat conceptui designata : immovero si metiri posset eternitas, primum illud divine considerationis momentum merito venerabile haberetur, in quo ad protoplasti delendam contumaciam, de producenda aliquando virgine beneficentissimum constaret Deum cogitasse. Nam si accepti preter omnem spem ingentis beneficii memores esse perpetuo debemus, quis predicare contemnet Dei providam dispensationem que lapsuro homini salutis primordium a virgine ante omnia tempora prepararat? Serviens Egyptio regi populus Hebreorum, excussa tandem Moysi ministerio servitute, liberationis sue nunquam oblitus est ; sed phase [1], id est Rubri Maris trajectum, annum habuit et solennem. Mandantur item litteris initia urbium conditarum, et earum conditoribus gloria perseverat. Marie igitur nove urbis Jherusalem, autore Deo, conditrici, fidelis populus conceptionis solenne, christiana pietate frequentat ; fide scilicet persuasus se ex Egypto, id est a peccati obligatione, migrationem fecisse per Mariam, que Dei filium enixa, Holoferni, hoc est demonioso serpenti capite adempto, obsessam viciis Jherusalem, genus videlicet humanum, liberavit. Eam ob rem vetere majorum instituto, canitur illi : *Gaude Maria Virgo, cunctas hereses sola interemisti in universo*

1. « Phase, id est transitus. » *Exod.* XII, 11.

mundo[1]. Extat enim in Hester hystoria memorabilem illum diem[2] constitutum Judeis fuisse, in quo multis ex Assueri provincialibus hominibus occisis, Judei omnes, procurante Hester, servati sunt. Cur autem obscurus jacebit conceptionis Marie dies, qui superande mortis, qui calcandi hostis principium extitit? Congruit itaque christiane institutionis majestati, eam a principio habuisse parentem, cui nulla inesset originis aut vite contagio, sed nitida prorsus et omnifariam illustris conciperetur, que spirituali propagini spiritualem vitam erat prebitura. Faciens enim Deus ab exordio mulierem que peccatoris populi genitrix, post viri inobedientiam, extitit, eam de incontaminata Ade costa mundam formavit; ipse idem recreator et novi cujusdam orbis institutor, cum per Esayam prophetam dixisset: *Ecce ego facio nova*[3], novam novi seculi matrem irrationabiliter condidisse crederetur, cui vel origo sordida, vel animatio fuisset carnis communione infecta. Longe siquidem dignior est reformati per christum mundi conditio quam fuerit illius quem vel simul vel per vices dierum ordinavit, in quo carnalis et rudis adhuc et ingratus populus factorem suum, paucis exceptis, per falsas religiones dereliquit. In hoc vero cujus primordium Maria extitit, non carne nec animali sensu, sed spiritu vivere atque ambulare per Dei leges precipitur. Unde illud Davidis vaticinium prodiisse verum est: *Annunciabitur Domino generatio ventura; et annunciabunt celi*, id est spirituales homines, *justiciam ejus*

1. Antienne de l'office de la Vierge, à matines, 3e nocturne (*Psalm.* VC), *Office de la Sainte Vierge* (Paris, 1880), p. 28.
2. Le 23 du mois de Siban. *Esther*, VIII, 9.
3. *Isaiae* XLIII, 19.

populo qui nascetur quem fecit Dominus [1]. Quibus hominibus, Ysaïe[2] predictione cor carneum, id est ad obediendum facile et pronum daturus erat Deus. Cur ergo estimemus, fratres, spirituali integritati matrem fuisse designatam, que inicia haberet inquinata; que paterne derivationis labe sordesceret? Nemo habitaculum sibi instituens, luto sinit illud inquinari; sed pura, quoad potest, et munda congesta materia, edes construit et incolit [3]. Non est profecto minus consultus et diligens architectus Deus: puram et expertem sordis virginem sibi matrem statuere, in cujus utero delitesceret ipse atque pasceretur, ne purgaturus hominem adveniens, maculatum prius diversorium argueretur introi[i]sse: qui mundum egressus voluit in sepulchro reponi, quod nulli antea cadaveri patuerat [4]. Et nunc quoque in celum, ad Deum patrem reversus, qui per corporis et sui preciosi sanguinis sacramentum nobiscum semper adest, peccatoris

1. *Psal.* XXI, 32.

2. Ce n'est pas *Isaie* qu'il faut lire, mais *Ezechiel*, XI, 19.

3. Gaguin semble s'être rappelé ce passage de saint Bernard : « Factor hominum, ut homo fieret, nasciturus de homine, talem ex omnibus debuit deligere imo condere matrem qualem se decere sciebat, et sibi noverat placituram (cité dans l'ouvrage de Parisis, *Démonstration de l'immaculée conception de la bienheureuse Vierge Marie, mère de Dieu* (Paris, 1849, in-8°), p. 32, n. 2), et cette pensée de saint Bernard de Sienne : « Non enim credendum est quod ipse filius Dei voluerit nasci ex Virgine et sumere ejus carnem que esset maculata aliquo originali peccato » (*Ibid.*, p. 25 et n. 3), idée qui se retrouve dans saint Augustin : « Propterea Maria mater electa est et super omnes creaturas prelecta, omnibus gratiis fecundata, omni virtute et sanctitate in utero repleta ut de mundissima matre mundissimus filius nasceretur, et sicut in celo filius habet patrem immortalem et eternum, sic et in terra haberet matrem omni corruptione carentem ». *Sermo XX ad fratres in heremo commorantes.* Cf. Parisis, *Démonstration*, p. 69 et n. 3, et Bandello, *Liber*, pars II, ratio XXIII, fol. 67 v°.

4. *I Cor.* X, 6.

conscientiam respuit, nec eam spurcitias exosus inhabitat. Quam institutionem secutus Paulus, spiritualem vetat cibum nisi a probatis sumi. Unde mos, et in hunc diem observatus perdurat ritus, preciosissimum Domini corpus accipere jejunos. Non igitur passus est Dei filius peccati nexu matrem vinciri, que et sè spirituum patrem, et per illum spirituales filios erat paritura. Et quia veteris Instrumenti patribus omnia in figura contigisse apostolus astruit [1], eruamus mysticum ex Levitici aditis sensum quem spiritualis Israel, id est christianus auditor, non respuat. Aaron pontifici legitur preceptum lineam tunicam atque jacintinam, cum ad sacrificandum prodiret, induere, nec ad propiciatorium sine iis que sancta Dei testimonio habebantur, accedere. Lineam vestem que nichili morticinii pre se fert, sed candida tota est, et item jacintynam que quasi de terris ad alta conscendat, pontifex terrenus induitur. Christus vero, pontifex factus in eternum, ut nos Deo propiciaret, lineum virginis uterum, id est candidum, et mortis contagio nullatenus infectum, sed jacintynum, id est purissimo celi colori non dissimilem, tanquam tunicam vestivit; formatus scilicet divini ministerio spiritus ex meris virginis sanguinibus, qui nec parentum concubitu tabuerant, nec illorum contactu data a Deo anima, originis culpa sorduerat. Quis enim consultus orator, causam peccatoris accturus, sordentem et fede olentem amictum induerit? Fuit proculdubio Jhesus in causa humani generis sedulus orator, qui et virginis alvum velut indumentum et carnis trabeam assumens, exauditus est pro sua reverentia. Porro quid est quod adolescenti Joseph polymita vestis et

1. *Exod.* XXVIII, 31.

pluricolor texitur et talaris, nisi quia concipiendo Dei filio Maria, omnigenis virtutum et gratie coloribus decorata parabatur, que talari circumamicta vestimento, nullo primeve mortis algore lederetur, nec tentatoris afflatu a fervore caritatis tepesceret? Et mihi quidem ad hanc rem astruendam argumentum mater suppeditat Ecclesia, cujus per orbem circumsonat dignum Maria preconium : *paradisi*, inquit, *porta per Evam cunctis clausa est, et per beatam Mariam iterum patefacta est*[1]. Magnarum et illustrium edium porte, fratres charissimi, multo nitore semper et ornatu prefulgent, nec contaminari permittuntur. A vestibulo namque judicium sumimus claritatis internorum parietum. Et nos a Maria spiritualis vitc et celi gaudiorum auspicium ingressumque facientes, eam talem prorsus recte estimabimus, quale est celi palacium cujus ipsa porta est et creditur. Si enim peccati vectem per Evam celi foribus obditum Maria reseravit, impie fecerimus credentes illam principium fecisse a culpa, quam aliquando deletura et perdite vite restitutrix futura erat. Nec porte celestis appellationem illi merito deferremus, cui vicio laboranti celi non patuisset ingressus. Sed ipsa est illa sine ambiguitate apud Ezechielem[2] porta, que non modo pro virginis integritate, sed etiam pro totius ejus innocentie puritate clausa semper manet, per quam virtutum Dominus et rex glorie magnificus ingrederetur omnipotens,

1. *Hore beate Marie Virginis ad usum parisiensem*, Paris, Renbolt, 1498, die vero septimo marcii (1499, n. st.) (Bibl. nat. Rés. Vélins, 1626, Sig. ev). Se trouve également dans les *Hore b. M. Virginis*, comprises dans le *Missale ad usum Parisiensem* (Paris, 1492, in-fol.), sig. evi v° (Bibl. nat. Rés. Vélins, 173). Ce missel a sans doute appartenu à l'église Saint-Séverin dont il contient, à la fin, l'office manuscrit.

2. *Ezech.* XXXXIV, 1-4.

et egrederetur mansuetus. Que clausa perpetuo esse non potuit, quam ab exordio sue conditionis alicujus mortis turbo violasset. Pulcre idcirco per Salomonem in canticis : *ortus conclusus fonsque signatus* [1] Maria appellatur, cujus nec muri ambitum sceleris machina discussit, nec fontis signaculum paterne prevaricationis calamitas infregit. Sed fontem istum, humilitate parvum, in longe patentem fluvium et aquas plurimas redundasse Hester hystoria confirmat. Per Mariam enim, tanquam per latissimum fluentum redemptionis, est nobis merces importata ; ablutionis lavacrum derivatum suavissime pastionis cibus emollitus ; adversus peccatorum vulnera salubre medicamen confectum, ad expugnandum potenter demonum insultus arma instructa, et belli demum pugneque gloriosa in celis compensatio reposita. De quo etiam fonte vaticinatus Zacharias : *erit fons*, inquit, *domui David in ablutionem peccatorum et menstruate* [2]. In ablutionem peccatorum datam esse virginem quis autumet ? cujus aqua fuisset conceptionis ceno turbulenta ? Illud nempe de se dicere Maria potest quod secundum predestinate sue nativitatis honorem in Ecclesiastico scriptum est : *Ego quasi aque ductus et quasi fluvius Dorix exivi de paradiso Dei* [3]. Egredi enim quasi limpidus aque ductus, et quasi fluvius Dorix, id est regenerationis medicamentum de paradiso Dei merito Maria debuit, que sordibus abstersionem et vulneribus antidotum afferebat. Quibus per Mariam beneficiis nobis lar-

1. *Cant.* IV, 12.

2. *Zach.* XIII, 1. « In illa die erit fons patens domui David et habitantibus Jerusalem, in ablutionem peccatoris et menstruatae. »

3. *Eccli.* XXIV, 41. Gaguin doit citer de mémoire, car son texte s'écarte de celui de la Bible.

gissime importatis, ingrati revera fuerimus, si arbitrabimur eam mortis fuisse damno affectam, que prevaricationis culpam abolere, et mortis veniebat damna per filium reparare. Quomodo enim de illa ad serpentem in penam assumpte temptationis dictum est, et *ipsa conteret caput tuum* [1], si mox superande culpe gratia adveniens, culpam contraxisset? Quid aliud nobis de Maria gloriosius potuit significare serpentini capitis contritio quam capitalis illius a primo homine rebellionis concessam puritatem? Capitis enim nomine solet principium vel origo designari. Caput ergo serpentis calcare, peccandi originis preteritio est. Porro, sicut in temptatione repellenda, primarium est et gloriosum suggestionis id est male suadentis caput amputare, ita ad Marie decus attinet quod primeve damnationis ignominiam Dei potentia non accepit. Que inestimabilis in Maria dignitas puritasque, nec Christi potentie, nec redemptionis ejus beneficio, ut plerique contendunt [2], detrectat. Quia enim

1. *Gen.* III, 15. « Congruebat (dit saint Bonaventure) ut Virgo nullum peccatum haberet et ita vinceret diabolum, et nec ei succumberet ad modicum » (Parisis, *Démonstration*, p. 75, n. 3).

2. Notamment Bandello de Castelnuovo, à la fin de son *Libellus recollectorius* : « ...Opinio doctorum antiquorum que dicit beatam Virginem in originali peccato fuisse conceptam est fundata in auctoritatibus veteris et novi Testamenti, et in auctoritatibus canoni et sanctorum doctorum ac summorum pontificum et conciliorum... ; opinio vero contraria est fundata in persuasionibus humanis que nihil concludunt in hac materia... Igitur opinio doctorum antiquorum et magis pia quam opinio istorum modernorum. Si enim in istis opinionibus esset paritas respectu numeri doctorum et respectu sanctitatis, auctoritatis et dignitatis, tunc excusarentur tenentes quamcunque opinionem ; sed sic non est in proposito : preterea illa opinio que magis pertinet ad honorem et dignitatem Christi est magis pia quam illa que derogat dignitati Christi ; sed opinio nostra que dicit beatam Virginem in peccato originali conceptam cedit ad dignitatem Christi, quia ad singularem dignitatem Christi

per unum hominem mors, et per unum Christum redemptio in vitam inducta est, Mariam non negamus Dei privilegio et preservationis gratia ut non caderet eguisse. Sed aliud quippe est luto obvolutum eripere et purgare, aliud mergendo et ceno inficiendo ne maculetur occurrere. Et utrumque quidem beneficium attestatur redemptoris. Maria autem non a presenti inquinamento mundata est, sed ne lapsu offenderetur servata, non secus ac si lucernam per ventum vehementem ferendam recipias. Laternam circumponis et a turbine salva est, ita concipiendam per paterne originis noxiam cunctis tempestatem, Mariam divine velamen gratie circumsepsit, ne mortis turbo illam extingueret. Unde illud de forti muliere in Proverbiis dictum, matri Dei commode sapiens assignavit: *Non extinguetur in nocte lucerna ejus* [1]. Sicut enim deserentibus Egyptum filiis Israel, columna nubis interdiu velamen erat adversus Egyptios, noctu vero ignis Hebreos anteibat, ut ab hoste salvus popu-

pertinet quod ipse solus fuerit factus in conceptione, quia ipse solus sanctus sanctorum, et quia ipse solus sit mortuus non debitor mortis, et quia sit redemptor omnium hominum ; accipiendo redemptionem ut communiter a sanctis doctoribus et per Ecclesie determinationem accipitur, qua videlicet lavit quoscunque fideles a peccatis in sanguine suo, et redemit eos de manu inimici, qui vere per peccatum fuerant ante captivi. Hec autem omnia ponit opinio nostra ; sed opinio que dicit quod beata virgo non sit concepta in peccato originali destruit omnia illa que cedunt in honorem Christi, quia dicit non solum Christum mortuum esse non debitorem mortis, et dicit postremo Christum non esse redemptorem omnium hominum : igitur opinio nostra est magis pia ; opinio vero contraria est impia, et immo omnes qui meditantur veritatem tota devotione nostram debent sententiam amplecti, et oppositam partem, que falsitati et impietati inititur, tanquam perniciosam detestari, ut honor ille ac singularis excellentia soli Chisto attribuatur, qui est una veritas et vita in secula seculorum. Amen. » (Milan, 1475.)

1. *Prov.* XXXI, 18.

lus Domini dictum Mare Rubrum preteriret, ita Dei fortitudo Mariam protexit, atque igne sue gratie per noctem et tenebras paterne mortis illuminavit, ut, omni parte custodita, aquis non mergeretur Acherontis. Nec vos deterreat, dilectissimi fratres, quod lex, propter transgressionem promulfata : *humanum omne genus sub peccato* [1], ut inquit Apostolus, concludebat, que celi prohiberet ingressum. Omnis siquidem legis hoc habet condicio, ut pro tempore et causa dispensationem admittat. Paucitati namque hominum, cum recens creati essent, mandatum promiscue est crescere et multiplicari. Soli item pisces et terre fructus illi in esum positi sunt. Ceteris certe animantibus vesci fas non erat. Et quis nesciat, exsiccato diluvio, eduliorum nullum fuisse discrimen? Et longo post intervallo in lege Moysi signatos fuisse cognationum gradus quos de ducendis uxoribus observare oportuit. Nonne cunctis syderibus et ipsi soli statutum manet, orbem ambire semper et illustrare continenter [2] ? Gedeone tamen, in Gabaonitas preliante, sol a motu temperavit, donec profligatus est hostis. Et egrotanti regi Ezechie prophete argumentum longioris vite inductum est, quod aliquot in solario lineas umbra non transisset, immovero lineas decem retro abiisset, unde solem constat a diurno cursu fuisse remoratum. Age vero, nunquid petre natura arida est? Mollis tamen illam virgula, percutiente

1. Cette citation, faite sans doute de mémoire, ne se trouve pas dans les concordances de la Bible, et semblerait se rapporter à un passage de l'épître de saint Paul aux Romains. *Rom.*, VI.

2. Gaguin suit le système de Ptolémée qui plaçait la terre immobile au centre du monde. Ce n'est qu'au siècle suivant que Copernic, né en 1473, renversera cette théorie qui avait prévalu, jusqu'alors, et qu'il établira la fixité du soleil autour duquel la terre et les autres planètes décrivent leur mouvement de révolution.

Moyse, reddidit latice profluentem. Quod si ex Ethnicorum scripturis quicquam dum divinis de rebus sermonem teximus afferre piaculum non est, nonne Accii auguris novacula cotem execuit [1]? Quis virge pontificis, que diu sicca durue-rat, frondem et flores fructumque preter nature consuetu-dinem induxit? Hec legislatoris prerogativa est, dum legem condit, legis necessitate non ligari; sed ut res, ut ratio, ut dignitas vel sua vel aliena postulat, legem laxare. Alioquin ea que ad propagandos semine homines lex insti-tuit, non potuisset in Maria, dum viri nescia, Dei concipit verbum immutari. Alia id genus multa sacris litteris man-data sunt, que ne in illis immoremur, facile ostendunt condite ab eo legis dispensatorem esse Deum, et fuisse nonnunquam. Quemadmodum illud de igni in Exodo legi-tur, qui virtutem suam oblitus, nec rubum quem compre-henderat offendit, nec in succensa a Caldeis fornace pueros concremavit. Adeo enim Dei nutu versantur omnia, ut res Deo, non ipse rebus obtemperet. De illo propterea scriptum est: *In ditione tua cuncta sunt posita, et non est qui possit resistere voluntati tue* [2]. Unde licet per hominis inobedien-tiam omnis ejus posteritas mortis judicium exceperit, po-tuit tamen, dum ejus mater concipitur, sententie modum atque interpretationem adhibere, ut videlicet privilegio potentis Dei premunita, non contaminaretur sorde originis. Que singularis in Maria dispensatio demonstrat, legi quidem

1. Allusion à l'histoire de l'augure Accius Nevius coupant, devant Tarquin l'Ancien, un caillou avec un rasoir. Denys d'Halicarnasse, *Antiquitates romanae*, liv. III, 70; p. 187 de l'édit. grèco-latine de la collect. Didot (Paris, 1886). Tite-Live rapporte ce récit, *Primae decadis lib. I*, p. 36, qu'a reproduit ensuite Ciceron, *De divinatione lib. I*, 17; puis Lactance, *Divinarum institutionum lib. II*, 8, etc.

2. *Esth.* XIII, 9.

damnationis, nisi Dei providentia, auxilium pretulisset, fuisse obnoxiam, quanquam legem ipsam originis non propter Mariam positam fuisse. Verbum illud me admonet confiteri quod ad Hester de lege in Judeorum gentem lata querentem, respondit Assuerus : *Hec lex non propter te, sed pro omnibus constituta est* [1].

Sed quomodo, inquit adversarius, adjuta Dei benedictione fuit, que nondum extabat [2]? Et quomodo de duobus, inquam, geminis fratribus, Esau dico et Jacob, ex Dei persona, teste Apostolo, longissime priusquam nascerentur, cum nec boni nec mali quicquam egissent, dici potuit : *Jacob dilexi, Esau autem odio habui* [3]. Ecce ante nascentiam, alter privilegio amoris, alter odii maledicto est presignatus. Recte profecto apud Ecclesiasticum Sapientia hec loquitur : *Nondum erant abyssi, et ego parturiebar* [4]. Itaque concipit et parturit Deus que, nescientibus nobis, inestimabili archano sue divinitatis statuto tempore profert. Quare credi sine fidei jactura potest, natam in Dei eternitate Mariam, licet corpore non extaret, gratam nichilominus Deo, amatamque fuisse semper, ut, cum tempus conceptionis ejus advenit, non destiterit solum amare, sed eam speciatim protexerit gratia singulari, ne sibi fieret aliquando non amata, quam ad maternitatis magnificam gloriam destinabat [5]. Quod odii malum Marie contigisset, si paterne conceptionis subolevisset feditatem. Quod etiam

1. *Esth.* XV, 13.
2. *Liber*, fol. 68 ; Parisis, p. 27.
3. *Rom.* IX, 13.
4. *Prov.* VIII, 24. Cf. Bandello, *Liber*, pars II, rat. XXXIV, fol. 101 v°.
5. Ces pensées de Gaguin se retrouvent dans l'*Office de la Sainte Vierge*. Cf. Parisis, pp. 27-28 et notes, et ce même *Office* (Paris, 1880, in-12).

non ignorans Salomon in Canticis, ex Marie persona sic prophetavit : *Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me* [1]. Cui vaticinio astipulatur mulier illa, id est, Maria, que in Apocalypsi Johannis, amicta sole visa est [2]. Nullo si quidem potuit injusticie fumo obscurari, presertim ad illuminationem gentium preparata et paritura lucem que et peccatorum tenebras et cordium abscondita revelaret. Ea namque libertate decuit ingredi terras reginam orbis, ut premissis caduceatoribus et progredientibus obviam proceribus incederet liberrima ; ne vectigalis quicquam nec tributi publicanis aut portitoribus, id est demoni et mortis exactoribus, pendat, que singula erga Mariam non minus sollicite quam venerabiliter observata fuisse leguntur. Patriarcharum namque figuris et enigmatibus, ut inquit Hieronimus, fuit presignata, admirandis item

1. *Cant.* II, 6.

2. *Apoc.* XII, 1. Sur ce verset de l'Apocalypse, Gaguin a composé quatre distiques insérés par lui dans son *De arte versificatoria (Est visa in terris...)*. — On connaît la remarquable canzone de Pétrarque, *Vergine bella che di sol vestita*, dernière pièce des *Rime in morte di Laura*, et que Béroalde l'Ancien a traduite en hexamètres, commentés plus tard par Josse Bade : *Peanes beate Virginis ex Francisci Petrarche poemate vernaculo in latinum conversi*, dans les *Ph. Beroaldi orationes et poemata* (Lyon, 1492). Le commentaire de Josse Bade parut pour la première fois dans l'édition de Paris de Jean Barbier, *XI. kal. martias anni MD.VI* (v. s.). Ce même verset de l'Apocalypse a inspiré un certain nombre de graveurs, à cette époque. Cf. W.-L. Schreiber, *Manuel de l'amateur de la gravure sur bois et sur métal au* XVe *siècle* (Berlin, 1891), t. I, n°s 1083-1097 et particulièrement n° 1047. Les indulgences accordées par Sixte IV à l'occasion de la fête de la Visitation et de l'Immaculée Conception de la Vierge figurent sur certaines pièces (*Ibid.*), n°s 1018, 1053, 1078*, 1107, 1112. — A joindre quelques gravures de la Vierge, avec inscription de l'indulgence de Sixte IV, dues à Israël de Mecken. Cf. Bartsch, *Le peintre-graveur* (1808), t. VI, n°s 42, 48, 49 (cette dernière datée de 1502), etc.

preintellecta prodigiis [1]. Portendebant itaque atque nunciabant venturam rubus sine incendio ardens [2], florens sine irrigatione virga pontificis [3], in area positum Gedeonis vellus [4], et apud Danielem mons, a quo sine artificis ministerio, precisa est stupende estimationis gemma, id est Christus [5]. His mirabilibus non incerta neque obscura, sed tandem cognita accessit vatum predictio, qui de Jesse propagine nascituram virgam et florem [6], orituramque de Jacob [7] stellam, Spiritu Sancto afflati cognoverunt atque cecinerunt. Quibus sacrosanctis mysteriis longiorem adhibere explanationem abstinemus, quandoquidem veterum commentariis innotescunt ad Mariam sana fide pertinere. Cujus exortus cum proxime secundum Dei dispensationem adesset, velut lucifer ortum solis preveniens, annunciatus est. Qui prenunciationis honos, quandoquidem Ysaac et Johanni salvatoris precursori antequam mater illos conciperet, concessus est, multo excellentius debuit erga christi parentem observari. Sicut enim Anne diu sterili Samuel concipiendus annunciatus est, ita sancto Joachim, patri Marie, dum apud armentorum suorum custodes age-

1. Cf. les citations réunies par Parisis, *Démonstration*, p. 28 et n.
2. *Exod.* III, 3.
3. *Ezech.* XVII, 24 ; Gaguin, *Tractatus*, vers 90, et Ch. Fernand : *De mundissimo Virginis Marie conceptu cum commento Caroli Fernandi*, Paris, 1489, in-4°. Sig. a 8 r° et v° (Bibl. Sainte-Geneviève, *Inc.*, 528 et 1099).
4. *Judic.* VI, 27. « Hanc (Mariam) Gedeonis vellus, dum in medio sicce aree maduit, presignabat » (*S. Bernardi sermo de XII prerogativis B. M. V.*). Parisis, p. 20, n. 3 ; *Missale Ordinis SS. Trinitatis*, Bibl. Mazarine, ms. 430, fol. 271.
5. *Dan.* II, 34.
6. *Isaiae*, XI, 1.
7. *Num.* XXIV, 17.

ret, matris Dei Marie est significatus conceptus. Tam multis igitur precurrentibus signis, tot vaticiniis atque prodigiis Marie adventum signantibus, christiane non congruit sanctitati tam admirandam populi salvatricem et reginam servitutis aut mortis legem subiisse. Cum enim reliqua omnia admirabili supra communem naturam privilegio fuerint illi delata, sine jactancia vix imitanda humilitas, concipiendi sine viro inaudita facultas, sine gravedine veranda maternitas, sine ullius damno virginitatis perfecta integri tas, nulla in partu gemebunda debilitas [1], nulla obstetricis curiosa sedulitas [2], nulla post partum pudoris temeritas, et per omnem vite progressum nullius peccati malignitas ; impium estimari debet conceptioni illius defuisse puritatem. Nam, si precentoribus dominici adventus, Hieremye dico et Johanni, sanctificationem ab utero tribuimus, quod Dei genetrici majus gracie munus collatum esse putandum est, si quemadmodum illi ita hec in utero tantam sanctificationem accepit? Parvi certe arbitrari debet in principe liberalitas atque gratitudo, nisi pluris matrem fecerit quam militem. Donavit revera Deus matrem tanta magnitudine et copia dignitatum, ut secundum Anselmi sententiam, nulla post ipsum purior majorque posset intelligi [3]. Grandis profecto dubuit esse virtutibus et gratiis dilatata mirificis, que quem orbis non excipit intra sui uteri angustias comprehendit. Cujus beneficencie non ignara virgo, *fecit*, inquit,

1. Bandello, *Liber...*, pars I^a^, ratio XXVI, fol. 88 v°.

2. Réminiscence de S. Jérôme, *De perpetua virginitate B. Mariae liber. Hieronymi Opera*, t. II, col. 192, parag. 214 (édit. Migne, Patrologie latine, t. XXIII).

3. « Decens erat ut ea puritate, qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret. » Parisis, p. 70 et n. 4 ; et Bandello, *Libellus*, pars III, ratio I^a^ ; *Liber*, p. II, ratio IV, fol. 79 v°-80.

michi magna qui potens est[1]; et iterum: *fecit potenciam in brachio suo*[2]. In brachio quippe et fortitudine sua Deus nova puritate matrem ad se concipiendum educandumque creavit; qui stellam novam et ceteris splendidiorem erexit, que natum se et vagientem manifestaret mundo atque declararet. Sed ecce obstrepit et frendet iterum maledicus[3]; et ne in laqueum cadat quem tetendit, duplex conceptionis tempus signat[4]. Unum, cum scilicet corpore membratim ad formam hominis composito, rationalem creator Deus spiritum infundit. Alterum, cum jam integratus carne et spiritu homo, gratie et sanctificationis capax existit. Priorem conceptionem immundicie subdit et peccato, propterea quod per concubitum maris et femine concepta caro, sordem ducit a primi prevaricatione genitoris, cui carni inspirata anima peccati mortisque particeps efficitur. Quod peccatum, cui originale nomen est, indignam que celebris habeatur Marie conceptionem reddit. Unde secundam illam, que benedictionis conscia esse potest, recipit calumniator et colit, tanquam post completam animationem parvo mox momenti intervallo, Mariam mundam fecerit atque sanctificaverit Deus. At Marie, simul dum conciperetur, assistricem comitemque innocentiam Dei potentia et virtute semper ita fuisse non injuria quippiam dixerit, ut neque resolutum a parentibus semen pruritum concubantibus aut titillationem attulerit; sed neque ex ipso semine conditum corpus Marie sorduerit, ita ut adeo mundus adveniens spiritus mundam carnem inspiraret. Itaque quia

1. *Lucae.* I, 49.
2. *Lucae.* I, 51.
3. Il s'agit de Bandello. *Liber*, fol. 76 v°, 87 et sqq., et *passim*.
4. Cf. ci dessus le texte de Bandello, t. I, p. 72, n. 5.

religiosissimi Marie parentes, prolis studio qua diu caruerant affecti, continius se precibus apud Deum exercebant, orantes sibi concedi sobolem, quam sancte educarent, et divinis formarent institutis, exauditi sunt. Et nuncio divinitus accepto, pietate magis quam voluptate congressi sine libidine, ut pie credi fas est, Marie generationi semen [1] in morem sudoris posuerunt. Incubis enim quos ex demonibus fieri traditur potestas est, sumpti alicunde seminis servandi atque effundendi, cum tamen humane libidinis sint expertes [2]. Cur igitur quippiam mente purgatus, et per continuam pietatem ab animi perturbatione sepositus, et cui attrita sit caro exercitatione virtutum et diuturnitate jejuniorum effeta, cur, inquam, sine ulla veneris titillatione, si Deus unice adjutor est, non operetur genituram? Extant apud stoycos hujusce purgati hominis exempla. Ex quibus

1. Gaguin, *Tractatus de puritate concep.*, vers 191-194.

2. *Ibid.*, vers 195. Charles Fernand, dans son commentaire au poème de Gaguin, écrit à ce sujet : « Certum est incubos dormientibus viris semen (cum id forte emittitur) surripere posse, atque id ipsum mira celeritate ad muliebria deferre claustra, quo fit ut absque viri concubitu proles nascatur » *Caroli Fernandi commentarium in R. Gaguini librum de mundissima V. Marie conceptione...* (Paris, 1489, in-4°, Bibl. Sainte-Geneviève, 1109, fol. b4) ; et il ajoute : « Que autem de incubis dicuntur, ni quis aniles putet esse fabulas, eum locum qui est in Genesi perlegat, cujus est sententia : *Angelos Dei multos cum mulieribus concubuisse et gigantes procreasse* » (b4 v°). Olivier Maillard développe ces mêmes idées dans le sermon XIV de la série V du premier dimanche de carême. *Sermones* (Lyon, 1503, in-4°), fol. 113. Le franciscain Luigimaria Sinistrari publiait au XVIIe siècle son ouvrage, *Demonialitas*, véritable code en la matière, et que Liseux a traduit en français (Paris, 1875 et 1876). Le docte Raynaldi, après avoir rapporté des fait analogues (année 1484), exprime sa croyance entière à l'existence des incubes et des succubes. Cf. ci-dessus, t. I, p. 228 n. 1 (seconde partie).

divino huic tractatui [1] unum inserere non verebor, ut quod ethnico philosopho glorie datur, non sit christiano et scrutatori veritatis inexpertum. Xenocratem philosophum tanta continentia fuisse litteris mandatum est, ut Phryne meretricio nota Athenis mulier, nulla palpatione, nullisque blanditiis aut impudicis suaviis eum emolire potuerit ad illecebras libidinis, quamvis de eo demulcendo bella et blanda instigatrix cum adolescentibus quibusdam pignus posuisset [2]. Tantum si potuit in Xenocrate continentie consuetudo, erit[ne] in fideli et continente christicola gratia potentior? Quod cum in virgunculis multis, tum in Agathe virgine legimus mirabili constantia comprobatum, que a Quinciano, urbis Rome prefecto, cum ad explendam turpitudinem appetita, castitatem virgo animo se tueretur, missa est ad Aphrodicem lenam, que scortis duodecim velut primaria lenocinii artifex presidebat, ut ejus contubernio titillantibus blandiciis tenella virgo a concepto pudore resipisceret. At illa, firmissime rupis instar, indiscussa perseverans, postquam dies triginta in eam molliendam blandiens lena consumpsisset, nec mente nec carne viciata puella continentie compos evasit [3]. Tam potens est mens Deo roborata, omnes omnium rerum turbationes pervincere, ita ut vir prolis causa, uxori congrediens, nec animali mollicie fluctuet, nec rationis illuminatione privetur, sicut

1. Gaguin qualifie ici sa démonstration de « *tractatus* », à la fin de « sermo ». Cf. ci-dessus, p. 1, n. 1.

2. Cf. Diogène de Laërce, *Vitae philosophorum*, chap. II, au début édit. gréco-lat. de la collect. Didot, p.).

3. Cf. Jacques de Voragine, *Legenda aurea de Sanctis* (Lyon, 1486, in-fol.), chap. XXXIX, sig. fiiii. Cf. également le *Missale Ordinis SS. Trinitatis*, fol. 174, et le calendrier, aux nones de février (Bibl. Mazarine, ms. 430), ff. liminaires.

absque ulla disceptatione confitemur, purissimum ex membris virgineis sanguinem ad locum conceptioni designatum, sine ipsius immutatione ut Dei filius conciperetur confluxisse. Quo coituros modo conjuges, in prima illa si perseverassent innocentia, plerique affirmant, ita ut ad procreandos liberos manaret ab illis semen non secus ac ab estuante liquitur sudor [1]. Quanquam non puto hinc, id est a conjugum tantum prurienti coitione peccatum quod originale est duci ; sed magis contactu supervenientis ad carnem spiritus contagione quidem prime originis infectam, id est seminarium concupiscentie pre se ferentem, et qua parere caro spiritui tardiuscula est. Qui preterea spiritus quia conjunctione corporis, tanquam somnolentus atque compeditus, debitum Deo facile non exsolvit ; carere traditur primeva justicia, qua et caro illi, et ipse suo creatori obedire ante Ade peccatum non pigritabatur. Prona igitur a recto deflecti concupiscentia, velut languor et pigricies quedam corpulentie pedissequa, et adeo discors in homine pugna, peccati originis lues appellatur. Quam carnis et membrorum, ut inquit Apostolus, legem [2] atque impuritatem, nisi comes Deus continenter affuisset, accepturam in initio Mariam non diffitemur. Verum ut ab epylenticis aut comiciali morbo gravatis, vel a morionibus proles medici opera non semper infecta concipitur et nascitur, ita Dei benignitate jugique ministerio, vel quod excellentius dici potest majestate atque auctoritate, seu legis suspensione vel dispensatione procurata, Maria sine infirmitate, sine

1. Alcide Bonneau a traduit ce passage. *L'immaculée conception de la V. Marie, poème de Robert Gaguin*, pp. XXIV-XXV.

2. Citation faite sa mémoire qui semble se rapporter à l'épître de saint Paul aux Romains, VII, 22-25.

languore, sine morbida carnis qualitate concipi debuit et nasci. Nam qui legem tulerat parentes honorandi, debuit concipiende matri innocentiam, et omnem que excogitari potest puritatem non negare; debuit legis severitatem moderari, et laxare rigorem [1], qui migraturo de Egyptiorum servitute Israeli Mare Rubrum, stantibus in muri speciem aquis, exsiccavit, quique ad extremum vite progressum suam mundissimam genitricem non est passus corruptione carnis absumi; sed eam supra omnes celos, supraque angelicam dignitatem potenter magnificeque terras deserentem traducere non distulit. Venienti itaque in orbem terrarum Marie, non minus honorificus esse debuit Deus, quam futurus erat de terris abiture, cum eam suscipientes celesti triumpho angeli cecinerunt : *Que est ista que ascendit sicut aurora rutilans, pulcra ut luna, electa ut sol* [2] ? et iterum : *Que est ista que ascendit sicut virgula fumi, ex aromatibus mirre et thuris* [3] ? Aurora mediusfidius rutilans est Maria que solis, id est Christi ortum precurrens, miro candore puritatis et concepta enituit, et nata refulsit. Nec inepta consideratione virgula fumi appellatur, que tenuis et, ut inquit Hieronymus [4], gracilis et delicata suavique

1. De potentia ordinata non potuit nec decuit fieri ut virgo conciperetur sine originali peccato (Bandello, *Libellus*, pars III, ratio XVI).

2. *Cant.* VI, 9, et Bandello, *Liber*, pars II, rat. VII, fol. 81.

3. *Cant.* III, 6.

4. *Epistola ad Paulam et Eustochium de assumptione B. Mariae.* — *S. Eusebii Hieronymi Opera*, t. XI, col. 129, parag. VIII (Migne, Patrologie latine, t. XXX). Les développements et interprétations donnés à cette image du *Cantique des cantiques* ont été réunis par Maracci, *Polyanthea Mariana* (Cologne, 1683, in-fol.), liv. XVIII, pp. 139-140. Cf. également l'office de la présentation de la Vierge composé par Philippe de Maizières (Bibl. nat. lat. 17330, fol. 21), dont il sera parlé plus loin.

virtutum omnium spiramine odorem diffundens; et per sanctitatis et meritorum gradus evecta, omnem supergressa est et dignitate et loco creaturam. Quamobrem non temere illud Daviticum dicens Maria potest: *Dedisti michi protectionem salutis tue, et dextera tua suscepit me*[1]. Sed cur (inquit obtrectator) mortis conditionem legemque, hoc est penam peccati, incurrit, si a conceptione nullam reatus necessitatem contraxit[2]? Enimvero siti, fame, tristicia, dolore, metu et reliquis humane fragilitatis perturbationibus affecta est, que ab origine incommoda certum est excipere mortales. Si reatus non precessit, cur affligit cruciatus innocentem? Non attendit homo cecus quo jaculum mittat, neque intuetur eodem se mucrone filium trajicere insontem, quo offendit genitricem. Melioris vite dator atque innocentie restitutor Christus vagiit natus, metu Herodiane persecutionis aufugit, esuriit adultus, infremuit spiritu mortem recordatus, tristiciam passus est, verberibus multis injuriam accepit, sputo irrisus est et colaphis, et morte tandem cum sediciosis mulctatus est. Dicemusne hec illum propterea tolerasse, quia vicium sumpsit ex parente? Itaque suscepit infirmitates volens, a quibus nec alienam voluit esse matrem, ne non ex hominibus eos prodiisse mortalis ignorantia putaret, si que hominibus communia per naturam erant ea nec mater, nec filius subiisset. Sed in hoc plenitudo majestatis habuit ut immaculatus gigneretur. In illa vero, ne pro communi lege paterna transgressione sordesceret, gratia et potentia sal-

1. *Psalm.* XVII, 36.

2. Bandello, *Liber*, pars II, ratio I^a^, ratio IV; p. IV, evasio XV^a^; et Malou, *Le dogme de l'immaculée conception* (Bruxelles, 1857, in-8°), t. II, p. 202.

vatoris abundavit. Alioquin, non innocentem in virgine materiam unde ipse formaretur invenit. Nam si maternus sanguis, saporem ex vase nonnunquam luteo et peccati corruptione corroso suscepit, formatum inde Christum quantum ad eam attinet partem, labefactum aliquando fuisse confiteri necesse est. Quod quandoquidem a vero abhorret, non improbande pietatis putari debet virginem Dei beneficio nichil sensisse unquam culpate originis, presertim cum ejus creande causa esset, ut novi, sicut supra ostendimus, mundi nova forma existeret, et Dei filium, mortis eversorem, conciperet, pareret, lactaret, educaret. Verum ne pertinacis objectoris spicula suffugere videamur, ad conceptionis quo nos vocat exordium redeamus. Extare, inquit[1], oportet, id quod alterius opem beneficiumque excipit. Actiones enim omnes sicut rei extantis sunt ; ita circa aliquid quod est, versari intelliguntur. Marie igitur puritati, que nondum extabat, servator ille Deus opitulari qui potuit ; nec unum prorsus extandi momentum, esse conceditur et gratie. Qualitatibus enim res ipse, ut picture superficies, susternuntur. Preit igitur natura benedictioni, et vita morti. At quia de summi figuli, id est Dei operibus et, quamscite ignorantibus nobis, operetur, disputationem sumere non satis considerati hominis est : nemo enim, ut est apud Esaiam, *dicit patri quid generas*[2] ? suppeditent sacre nobis littere de gurgustio et pedica argumentantis exitum. Marie siquidem, dum ad Angeli turbatur eloquium, sterilem Elysabeth Gabriel anteponit, cui gravide facte sextus a Johannis conceptu mensis erat, quasi concipiendi

1. Bandello, *Liber*, cf. note précédente.
2. *Esaiae*, XLV, 10.

virgo respuere non deberet que diutissime sterilem et plenam annorum matronam intelligeret concepisse. Ad hunc procul dubio modum quod difficillimum factu nonnunquam arbitramur, alio quodam ex scripturis exemplo comprobamus. Prodeant igitur ad nostre assertionis firmamentum facta similia, quibus adversatoris acies profligetur. Predestinatio Dei actio est non temporaria sed eterna ; qua gratiam justificandis beatificandisque donare longe ineffabiliter, antequam conciperetur, Deus ordinavit. Erga igitur nondum extantes creaturas, mens et consideratio Dei versabatur, cum eas vel ad beatitudinem vel ad miseriam seligeret. Unde Paulus Tharsensis, multis annorum milibus priusquam prodiret natus, *lupi rapacis* [1] appellationem ex patre Benjamin, ut interpretatur Augustinus, accepit. Legimus quoque complures in divinis scripturis locos, nomen a rebus postea gerendis per anticipationem fuisse sortitos. Et si figulum consideres, videbis ex terre mole fictis nondum vasis distinxisse officia, et ea certo aliquo vocabulo designasse quod nondum est. Non segnius aliquis tibi statuarius respondebit, cum dolandam celandamque materiam desumpsit : Petri vel Andree simulacrum omne quod sculpit, nullis sit licet figure liniamentis distinctum. Non aliter faber et celator Deus designatam sibi in eternitate genitricem, cum tempus oriendi successit : vigil conceptioni comes et protector affuit ; et matrem, ne tenebris caligaret

1. « Cum autem Jacob benedicens filios suos venisset ad Benjamin benedicendum, ait de illo : *Benjamin lupus rapax*... Hoc in Apostolo completum est, quia et de illo predictum erat. » *Sermo CCLXXIX de Paulo Apostolo. Sancti Augustini Opera* (Paris, 1683, in-fol.), t. V, pars II, col. 1129. Cf. *Gen.* XLIX, 27. — Saint Paul était né à Tarse, en Cilicie, d'une famille juive de la tribu de Benjamin (*Act.* IX, 11; XXII, 3 ; *Philip.* III, 5).

peccati, vultu, ut inquit David, suo, id est presentia majestatis, eam adjuvit. *Non enim*, ut in Psalmis legitur, *dormitabit neque dormiet qui custodit Israel*[1]. Nam illud Hieremye verum est: *sicut vigilavi ut evellerem, sic vigilabo super vos ut edificem*[2]. Neque nobis de temporum momentis sive instantibus cura debet esse anxia, cum de divinis operationibus agitur que non stantia ideo dici possunt, quod vix sunt cum esse desinunt. Quorum discretionem vel subitam successionem Dei virtus in operando non respicit. Stat enim Dei dictio et efficax verbum, cui per nullius momenti intersticium comes et presto adest effectus. *Ipse*, inquit propheta, *dixit et facta sunt*[3]. Non scrutemur in matris Dei conceptione preexistentie, atque illuminationis instantia vel momenta quibus anxiari solet non christianus, sed scrupulosus quippiam et litigiosus sophista[4]. *Non est vestrum*, inquit Christus, *nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate*[5]. Nec pensitabundi aut solliciti simus quo se loco Maria recepisset, si pre resurgente filio vita fuisset defuncta. Cum enim ex Symeonis predictione gladius, id est passio et mors Christi, pie matris animam transiturus erat, preteriri vaticinium non potuit ut genitricis interitus filii crucifixionem et mortem preveniret. Nam inane domini verbum non est, qui ad discipulos ait: *Amen dico vobis, unum iota vel unus apex non preteribit a lege, donec omnia fiant*[6]. Quanquam illud non est a recta

1. *Isaiae*, V, 27 (et non dans le *liber Psalmorum*).
2. *Jerem.* XXXI, 28.
3. *Gen.* I, 3 (et tout le chap.).
4. Allusion à la double conception. Bandello, *Liber*, fol. 87, et ci-dessus, t. I, p. 72, n. 5.
5. *Act.* I, 7.
6. *Matth.* V, 18.

fide alienum credere Domini matrem, si filium in mortem anteisset, aliquo illustri collocandum loco[1], donec simul cum suo et omnium salvatore in eam quam nunc supra celestes thronos sedem obtinet, fuisset assumpta. Enimvero minore privilegio digna non est quam beati illi viri Enoch et Johannes, quos paradisi illius terrestris amenitas admirabili nobis modo excepit ; et in postremum dominici diem adventus servat. Sed temeritati proximum est ea anxio scrutinio rimari, et tanquam ancipicia introducere, que vel ab illuminatissimis vatibus predicta, vel a Christo posita cognoscimus. Matri igitur mors dominari ante filii excessum non debuit, que passionis ipsius gladio trajicienda erat. Sed quamobrem unam pre creatis omnibus Mariam mortiferum originis genus superasse dubitemus, cum alia quedam in genere animantium oppido stupenda referantur? Est enim Affrica multiformi serpentum veneno vexata, qui homines bestiasque nunc clam nunc palam aut interimant, aut crebro vulnerent. Psyl[l]orum[2] tamen genus adversus hanc perniciem inoffensum stetisse complures autores pari sententia scripsere[3]. Cur igitur in Maria miraculum esse videatur, si in commune humani generis virus sola steterit intacta? Nec vero indubitatum illud est, Ethyopas sine sui

1. « ...et si fuisset mortua, ante passionem, descendisset in limbum. » Gerson, *Sermo de conceptione Virginis Marie in ecclesia Sti Germani habitus anno Domini* 1401 (*Quinta consideratio*). *Opera* (Strasbourg, 1502), t. IV, in-fol. (non pag.).

2. Les Psylles, suivant Hérodote (liv. IV), habitaient l'intérieur de la Cyrénaïque.

3. En voir la liste dans le commentaire de Joachim Vadianus au *De orbis situ* de Pomponius Mela (Paris, 1530, in-fol.), pp. 40-41. Petrus Crinitus a consacré aux Psylles tout un chapitre dans son ouvrage *De honesta disciplina* (Lyon, 1554, in-8°), liv. I, chap. III, p. 7.

jactura draconibus vesci [1]. *Dedisti*, inquit David, *eum escam populis Ethyopum* [2]. Si virulentum animans edentes se Ethyopas non ledit, minus longe mirari pietas debet virginem adversum peccata prodeuntem vicio non tabuisse primi facinoris. Et quia Ethyopas cursim attigimus, vicinos illis consideremus Egyptios, apud quos pestifer anguis, cocodrillus, frequenter visitur Nili fluminis incola, qui omni animanti crudelissime infestus, uni trochilo avicule, quem regem avium ytalus vocat [3], parcit. Tentyrios [4] quoque inter habitatores Egypti solos non attingit, et ad eam quam incolunt insulam, autore Plinio, non adnatat [5]. Non ergo imbecilli fide teneamus, fratres, humano generi sapien-

1. *Ethiopi cibus est draco, nutrit edentem,*
Confestim est aliis pestifer interitus.
(Gaguin, *Tractatus*, V, 424-425).

2. *Psalm.* LXXIII, 14.

3. Pline, *Hist. nat.*, lib. X, 95. Il s'agit du roitelet (*regaliolus*, en latin).

4. Petrus Crinitus (*De honesta disciplina*, lib. I, c. 3) parle de ces habitants de Tentyra, ville de la Haute-Égypte, qui n'est plus aujourd'hui qu'un village appelé Denderah, célèbre par les restes d'un temple remarquable, dont une partie est ensevelie sous le sable. Le musée du Louvre possède un zodiaque qui en provient, et dont la date remonte au temps des Ptolémées. Cf. Letronne, *Analyse critique des zodiaques de Dendérah et d'Esné*, dans les *Mémoires de l'Acad. des Insc. et B.-Lettres*, nouv. série (Paris, 1846), t. XVI, 2e partie, pp. 102-189.

5. Pline, *Hist. nat.*, lib. XXVIII, 6; VIII, 38. On trouvera une reproduction gravée du « cocodrillus » dans Breydenbach, *Sacrarum peregrinationum opusculum* (Mayence, 1486, in-fol.), grande planche double au commencement de l'ouvrage (et autres édit. du XVe siècle), et dans Arnold von Harff, *Die Pilgerfahrt* (Cologne, 1860), p. 82 et texte. Le dominicain Felix Faber donne d'intéressants détails sur cette « insula », le Delta du Nil, dont parle ici Gaguin, d'après Pline. Cf. *Evagatorium in Terrae Sanctae, Arabiae et Egypti peregrinationem* (1483) publié par Hassler (Stuttgart, 1849), t. III, pp. 109-110, et le curieux commentaire de Joachim Vadianus au *De situ orbis* de Pomponius Mela (Paris, 1530, in-fol.), pp. 45-46.

tius consuluisse Deum, ut qui contra serpentium inquietudinem quosdam voluit populos intemeratos esse; ita adversus invidiosa venena demonis unam saltem futuram sibi matrem illesam prorsus fore provideret. Quare illi scite per Salomonem, ex persona celestis sponsi precentum est. *Tota pulcra es amica mea, et macula non est in te* [1]. Cujus equidem pulcritudini atque puritati assentitur Augustinus, de baptismo parvulorum sic disserens. Hac excepta, omnes sancti dicunt. Porro de conceptionis hujusmodi mundicia atque innocentia tametsi nulla nobis ex litteris divinis expedita testimonia suggeri monstrarique [2] vociferetur [3] adversator, attendat ipse qui diversam positionem egre atque operose tuetur ; nichilomagis sacris se testimoniis adjuvari. Quamvis enim numero stipatus doctorum gloriabundus insultet ; id eo spectat ut fuisse olim tempus constet, sicut ante divi Augustini etatem de virginis assumptione nulla lata erat sententia ; ita de conceptionis puritate licuisse aliquando varia conjectari [4]. At post ubi optimorum relatione hominum miracula, autore Maria facta, nunciata sunt, quibus conceptionis diem fore festum virgo mandavit [5],

1. *Cant.* IV, 7. Cf. l'interprétation de Bandello, *Liber*, fol. 80.

2. « Sed isti non possunt ostendere aliquod privilegium bullatum in quo excipiatur beata virgo a regula universali fidei... » Bandello, *Liber*, cap. XL, concl. III, fol. 75 v°.

3. Ce mot est employé plusieurs fois par Bandello, entre autres dans son *Liber*, ratio VIII, fol. 81.

4. C'est le sentiment de Gerson, *Sermo de conceptione Virginis Marie* (*Opera*, Strasbourg, 1502), t. IV, non pag. ; de Maillard, *Sermones* (Lyon, 1503, in-4°), *sermo XVIII*, fol. 40 a, 41 bc ; de Clichtove, *De puritate conceptionis beate Marie Virginis lib. II* (Paris, 1513, in-4°), cap. XVII, fol. 26, etc.

5. Allusion à la légende d'Elsin (Gaguin, *Tractatus*, vers 485 et sqq.), que rejette Bandello, *Libellus recollectorius*, pars III, ratio XXXII. Cf. également son *Liber*, fol. 24 v°-25. Sur la légende d'Elsin, cf. *Miracu-*

quandoquidem etiam reverentia et devota fidelis populi religio nullo suasore, sed Dei tantum, ut sane credi potest, instinctu, hoc annuum et solenne accepit, simulque piis votis successit spiritualium virorum et Basiliane conventionis non contemnenda autoritas[1], impie eos agere putandum est qui celebrande quotannis conceptionis morem eliminare contendunt[2]. Nam si dignis officiis excipimus

lorum B. V. Mariae quae saec. VI-XV latine conscripta sunt index (postea perficiendus), p. 262, n° 260, extrait du t. XXI des *Analecta Bollandiana* (Bruxelles, 1902), les *Mém. de l'Acad. des Insc. et B.-Lettres*, t. XVIII, p. 361 ; les *Notices et Extraits des Mss.*, t. XXXVI (Paris, 1899), p. 48, les trente-deux vers consacrés à cet épisode par Martial d'Auvergne : *Les tres notables et execrables louenges dignes de memoire faictes a l'onneur de la glorieuse vierge Marie* (Paris, 1492, in-8°), sig. m 4 r° et v° (Bibl. nat. Rés. Ye 308), etc.

1. Cf. *Decreta concilii Basiliensis* (Strasbourg [1499], sessio XXXVI, fol. mii (XV kal. oct. 1439). « Non contemnenda », dit Gaguin, car ce décret, promulgué par le concile après qu'il eût été anathématisé par Eugène IV, était regardé par un certain nombre de théologiens, parmi lesquels Bandello, comme dépourvu de toute autorité. « Concilium Basiliense fuit scismaticum et per Eugenium papam condemnatum » écrit Bandello, *Libellus*, pars III, ratio XXXI. Par contre, Charles Fernand, qui reflète les idées de Gaguin, ne craint pas de faire la déclaration suivante au sujet de la validité des décisions du concile de Bâle. « Crudelissimo excommunicationis gladio percutiantur quicunque tanti decreta Concilii (que non secus accipienda sunt, quam si ab universa Ecclesia profecta forent) contemnere non erubescunt ». *De mundissimo Virginis Marie conceptu cum commento* (Paris, 1489, in-4°), sig. diiii v°. Sur les sympathies de Gaguin pour le concile de Bâle, cf. *Compendium*, fol. 125 (à propos de la Pragmatique Sanction), et particulièrement ce qu'il dit, à ce sujet, fol. 126.

2. « ...quare non est periculum conscientie vel culpabilis erroris vel presumptionis celebrare hanc solennitatem, multo magis est ipsam non celebrare. » Gerson, *Sermo* (consid. IV). On vient de voir le concile de Bâle ériger en dogme cette opinion émise ici par Gerson (en 1401), et antérieurement par sainte Brigitte : « qua propter bene esset conveniens et dignum quod dies illa (conceptionis) ab omnibus in magna reverentia haberetur ». *Sermo angelicus de Virginis excellentia*, dans les *Revelationes*

natam, cur non venerabimur conceptam? Itaque plurimos dies festos longe inferiore causa clerus induxit et habet. Si enim cujuspiam e sepulchro sancti corporis translationem venerandam retinemus, si fragmentorum vel sanctarum reliquiarum acceptionem sive susceptionem in memoriam revocamus, si apostolorum divisionis a quibusdam colitur memoria, si principis Ecclesie Petri cathedra, si doctoris gentium Pauli conversio venerabilis est, quare ejus conceptionem differemus venerari, que ut nasceretur concepta est, nata vero ut Dei filius ex ea progrediens nos a mortis damnatione liberatos in vitam et regnum suum sisteret? Observant alii nova institutione diem qua fecunda Deo virginis humilitas gravidam sancto Johanne Elisabeth visitavit [1]. Aliis solenne est Marie festum de Nivibus [2]. Intro-

Sancte Birgitte (sic) (Nuremberg, 1521, in-fol.), cap. x. Sig. D5. Elle prétendait que la vierge lui avait révélé qu'elle avait été conçue *sine peccato originali* (*Ibid.*, lib. I, cap. IX B). Bandello ne mentionne pas son témoignage, mais celui de sainte Catherine de Sienne qui avait émis, à la suite d'une révélation divine, une opinion toute contraire (*Liber*, cap. XL, concl. III in fine, fol. 76). Les témoignages de sainte Brigitte relatifs à l'immaculée conception de la vierge Marie ont été réunis et commentés par Alva y Astorga, *Armamentarium seraphicum* (Madrid, 1649, in-fol.), col. 24 et sqq.

1. Par une encyclique du 1er janvier 1475, Sixte IV avait établi la fête de la Visitation (Raynaldi, *Annales eccl.*, t. XXX (réimpression), p. 566). Sur la dévotion particulière de Sixte IV pour la Vierge Marie, cf. Sigismondo dei Conti, *Historiarum sui temporis lib. V*, p. 205 (Rome, 1883, t. Ier).

2. La fête de sainte Marie des Neiges est célébrée le 5 août. Gaguin fait allusion à l'origine de la fondation de la basilique de Sainte-Majeure qu'il avait dû visiter lors de ses différents séjours à Rome. La légende rapporte qu'à Rome, sous le pontificat de Libère (352-366), vivaient un certain Jean Patritius et sa femme, gens riches et pieux, qui, ne pouvant avoir d'enfant, avaient désigné la Vierge pour leur héritière, la priant de leur indiquer sous quelle forme elle désirait leur succession. La Vierge leur apparut en songe et leur dit d'élever une église aux

ducunt alii virginis in templo presentationem [1]. Que licet

nones d'août, époque des plus fortes chaleurs, à l'endroit qu'ils verraient couvert de neige. Le fait arriva sur le mont Esquilin, et ce fut là que Patricius éleva une église, l'an 352. Le pape la dédia à la Vierge, le 5 août. Appelée d'abord basilique de Libère, elle fut ensuite restaurée par Sixte III qui la dédia à la Vierge sous le vocable de sainte Marie Majeure. Cf. Bourassé, *Summa aurea beatissimae Virginis Mariae*, t. VIII, col. 243, n° 2246, et t. III (liturgia Mariana), col. 1449-1457, c. VII (de festo dedicationis ecclesiae sanctae Mariae ad Nives, die V augusti). — Francesco Albertini parle de cette basilique, sans rappeler le miracle de la neige auquel on rattachait sa fondation. *Opusculum de mirabilibus novae urbis Romae* (Rome, 1510), édit. donnée par August Schmarsow (Heilbronn, 1886, in-8°), p. 6. Onofrio Panvinio s'étend longuement sur la basilique de Sainte-Marie Majeure et donne le texte des prières récitées devant le grand autel. *De praecipuis urbis Romae sanctioribusque basilicis quas septem ecclesias vulgo vocant liber* (Rome, 1570, in-8°), pp. 234-258.

1. L'institution en Italie et en France de la fête de la Présentation de la Vierge est due à Philippe de Maizières. Cf. les détails circonstanciés que donne à ce sujet Paulin Paris d'après deux mss. de la Bibliothèque nationale, légués par P. de Maizières aux Célestins de Paris : lat. 17330 (Celestins, 15) ; lat. 14454 (Saint-Victor, 343), dans les *Mém. de l'Acad. des Insc. et B.-Lettres*, t. XV, I, pp. 314 et sqq. Le lat. 17330 contient l'*Officium presentacionis* écrit tout entier de la main de P. de Maizières avec la musique notée (fol. 7) ; de même, le lat. 14454 (fol. 3 v°-17). L'office de la Présentation fut célébré la première fois à Avignon sur la fin de l'année 1372, puis en novembre 1373, à Paris, dans la chapelle royale, et se propagea en France, mais particulièrement à Paris. On lit à ce propos ce qui suit dans les annales de Saint-Victor, sous l'année 1467. « Festum presentationis Deiparae Virginis primo dudum celebratum Avenione coram et jussu Gregorii papae XI anno 1372, et Lutetiae in sacra Capella parisiensi coram Carolo quinto Francorum rege, anno 1373. Ut iis annis attigimus, authoritate summi Pontificis Pii papae II, anno ultimo sui pontificatus, mandatum fuit in Ecclesiae festivium duci et celebrari, denuo hoc anno a Paulo papa 2°, praeceptum fuit observari, 21° novembris, ut author est chronographus Franciae in sua *Historia*, quae per antiphrasin *Scandalosa* dicitur. Itaque ex illo tempore, plures Ecclesiae gallicanae pontificio rescripto obtemperantes, festum illud suis calendariis inserverunt ac celebrem ab eo tempore duxerunt, maxime Parisiensis ecclesia metropolitana cum tota dioecesi, ut ex priscis breviariis notum habemus. Nostra quoque Victo-

solennia cujuspiam habeant venerationis et cultus rationem, minor tamen aliquanto est quam omnium parentis et regine principium, unde relique festivitates ut celebrarentur caput observationemque sumpserunt. Quare si Marie singula generi christiano prebita pii operis et honestissimorum exempla morum pensitemus, non indecorum neque irreligiosum putabitur ejusdem juxta crucem filii astantis plorationes et fletus annuo festo recordari, deque ea re commemorationem populo indicere feriatam. Nam si gaudiorum ejus consortes fieri bene vivendo speramus, cur amaritudinis ipsius et compassionis dolores non imitabimur? Sed tam multa et filii et matris pii dogmatis colligenda fragmenta supersunt, ut illa colligere Ecclesia sufficienter non possit, ut mysteriorum quantulam saltem particulam quivis per anni circulum dies accipiat. Sed primarias rei geste dignitates paucioribus assignare observationibus satis est, ne minutarum multitudine rerum pressa plebs christiana a

rina ecclesia quae speciali utebatur officio et breviario plerisque canonicorum regularium abbatiis et prioratibus ac etiam ordinibus SS. Trinitatis, et Vallis Scholarium usitatissimo, festum Praesentationis beatae Mariae Virginis suo inseruit Ordinario, ut ab hoc anno continuis annis sub duplici officio prioris celebrari curavit, et festivum perpetuo conservat et servabit. » *Annales ecclesiae Sancti Victoris Parisiensis* (Bibl. nat. lat. 14373), fol. 291 r° et v°. Le *Missale Parisiense* (Bibl. Mazarine, ms. 412, de la fin du xv° s.) donne le texte des prières récitées *in presentatione beate Marie* (fol. 358, très remarquable miniature). Dans un bréviaire de Saint-Victor, du xv° siècle, on lit cette mention : « In presentatione beate Marie de qua fit tamen nichil in aliquibus ecclesiis, quia est de novo instituta, sed ex devocione ideo ad usum antiquum ». Bibl. nat. lat. 14814, fol. 265 v° (ms. postérieur à juin 1479, cf. fol. 267). Dans le *Missale ad usum Parisiensem*, publié le 9 juin 1492, par Jean Dupré, la *Presentatio beate Marie Virginis* est mentionnée au calendrier, à la date du XI des calendes de novembre (Bibl. nat. Imprimés, Vélins 173), etc.

querendis vite subsidiis revocetur[1]. Sunt enim semper abunde in Ecclesie sanctuariis, quibus hec omnia cure et meditationi succurrunt, quorum frequenti memoria solacium in vite adversitatibus, et adversus irruentes tentationes presidium sibi suppeditant. - Itaque nemo unquam Marie deditus devotusque, quem puritas illius atque indicibilis sanctitas et excellentia delectavit, quique inconcussa spe accipiende ab ea opitulationis ductus eam excoluit, nemo, inquam, est qui se ab ea desertum queratur. Cujus rei certam experientiam, quia non tantum immanis olim peccator ille Theophilus[2], sed innumeri beneficiorum Marie conscii cognoverunt; nunc subiciam de re celebratissima hystoriam[3]. Ipse ego Marie beneficentie testis non mendax accedo, qui in Bethica Hyspanie parte, cum diu gravissime egrotarem, nec medici sedulitas remedium afferret, sed salutis expectatione defectus in unius Marie benignitate opeque meam salutem reponerem, me jugi oratione et assi-

1. Ce sera la plainte que fera entendre, au XVIIe siècle, le savetier de La Fontaine, *Fables*, VIII, 2.

2. Allusion à l'histoire, si fameuse au moyen âge, du clerc Théophile qui par la Vierge

fut quitte et absoluz
Combien qu'il eust au deable fait promesse.

Villon, *Grant Testament* (ballade à Notre-Dame). *Œuvres* (édit. Longnon), pp. 57, 886-888, dans les *Prose communes beate Marie Virginis*, réunies dans le *Missale Ordinis SS. Trinitatis*, Théophile est mentionné: « De lacu fecis et miserie Theophilum reformans gratie » (Bibl. Mazarine, ms. 410, fol. 271 v°). Wimpheling cite également Théophile dans son *De triplici candore Marie*, [1493], in-4°, sig. d. VI (Dans la composition de son poème et le choix de ses exemples, Wimpheling s'est fortement inspiré de Gaguin).

3. A l'instar des prédicateurs du moyen âge, Gaguin introduit dans son sermon un *exemple*, d'autant plus intéressant que c'est de lui-même qu'il s'agit, et qu'il nous fournit, pour sa biographie morale, un document de première main.

duo morbo fatiscentem somnus accepit. Nec diu quieveram, ecce misericors virgo filium suum Jhesum in dextera comportans, aureo vesti ta pallio, facie adeo venusta et clementi ut virginem facile pudicissimam existimares, cui mille gemmis corona capiti insidebat, meum modeste cubiculum ingreditur, atque in pluteum qui reponendis poculis tapete tegebatur ascendit. Que stans et me clementer aspectans, michi eam per quietem intuenti solacium non mediocre conferebat. Admirantem me virginis speciem atque decoram modestiam, sic tandem est comiter allocuta : « Orasti, inquit, me, et diuturna prece permovisti, levamen tibi a morbo prestarem, ne te extrema ut sepe multumque querebaris, tellus vita functum sepulchro exciperet ; sed curatus atque incolumis caros tibi vita et consuetudine conjunctos reviseres, negocio cujus gratia adveneras expleto. Perseveranti fide esto, exauditus es, valitudinem consequeris bonam, Francos repetes, et dulci tuo nativitatis solo non privaberis. » Vix hujusmodi sermonem virgo exegerat, et ipsa cubiculo delapsa est. Quam voto voceque sum ut eram appetens salutis devote prosecutus. Cujus virginee consolationis non est michi vana fides. Protenus enim elanguit morbus et melior me virtus, stupentibus postridie medicis, solidavit [1]. Quippe qui me superiore proximo die, tanquam morti derelictum inter plorantis familie gemitus deseruerant. Adeo potens est misericordie mater et regina succurrere petentibus se atque unice diligentibus. Petitionis autem et precum dum egrotabam mearum orationem ver-

1. Sur cette guérison que Gaguin attribue à l'intercession de la vierge, cf. Al. Maury, *Croyances et légendes du Moyen Age* (édit. donnée par A. Longnon et G. Bonet-Maury), Paris, 1896, in-8°, p. 362 et n. 1, et p. 364.

sibus commendavi, que apud multos extat testimonium restitute michi a virgine sanitatis [1]. Perstemus ergo, fratres dilectissimi, in virgineo cultu alacres, nec formidini nobis sit adversantium calumnia, sed conceptam sine contaminatione Mariam stabili pietate credamus, quoniam concipi impura non potuit, quam supra choros angelorum omnipotens Deus destinaverat exaltandam, ubi ad dexteram sublimis Dei assumpta patrocinium accepit penitentium peccatorum. Jam ergo sermoni [2] nostro finem adjicientes, te, Virgo innocentissima, multa devotione flagitamus : si quid tue simul et filii tui dignitati non consentaneum de tua conceptione disserentes attulimus, nos admonere festines. A pietate enim omnino est quod in tuas laudes nostra humilitas desumpsit. Erratum emendet tua miseratio celeriter, quod equidem non temeritas sed religiosa in te observatio persuasit. Nosque de tuis benemeritos obsequiis redde, quibus credimus (si digna erunt), non minus quoque gratiam mereri salvatoris. Tu a fragilibus exhibitum tuo honori officium [3] mitis et clemens accipe. Boni consule quicquid vel

1. *Roberti Gaguini apud Cordubam febre graviter egrotantis, ad Domini salvatoris matrem oratio.* 1re pièce de soixante-douze alexandrins, à la suite du *De arte metrificandi* (2e édition), réimprimée à part, à cause de sa dimension, à la suite de ce sermon.

2. Cf. ci-dessus, p. 28, n. 3.

3. Cet office est donné dans les éditions du xve siècle, à la suite de ce sermon de Gaguin. Bandello, malgré les constitutions de Sixte IV et l'engagement pris par lui dans ses deux ouvrages, en 1475 et en 1481, de se soumettre à la décision de l'Église, n'en composa pas moins un office de la sanctification de Marie dans le sein de sa mère et l'introduisit dans quelques Maisons de son Ordre. *Officium de sanctificatione... editum a reverendissimo patre generali Ordinis Praedicatorum, F. Vincentio Bandello.* Cf. Alva y Astorga, *Radii solis veritatis* (Louvain, 1663, in-fol.), col. 113 et sqq., où cet office est reproduit en entier. En 1477, Leonardo Nogarolo avait composé un office de la Vierge et le

tentatione victi, vel ignorantia ceci peccamus. Impetra resurrectionem a virtute cadentibus, perituris mitte presidium ; bene agentibus perseveranter agere concede ; atque iis et benigna semper et misericors accedas, qui tuo se suffragio petunt sperantque fideliter adjuvari. Hoc nempe prestare potes ut domina ; implere ultro soles ut mater, differre ut patrona non debes ; assistente tuis perpetuis suppliciis filio tuo Jhesu, cui datam in celo et in terris omnem esse potestatem catholica per orbem religio confitetur ; quique cum patre et spiritu sancto vivit et colitur Deus in secula seculorum. Amen [1]. »

pape Sixte IV, en 1479, avait accordé une indulgence à ceux qui le récitaient (Raynaldi, *Annales*, t. XXIX, p. 577, § 9 ; p. 603, § 34, et Bandello, *Liber*, fol. 87 et sqq.). Le succès de Nogarolo engagea un frère mineur, Bernardino de Busti, à composer un nouvel office en l'honneur de l'immaculée conception de la Vierge. Le pape en agréa l'hommage et adressa à Bernardino un bref de félicitation avec indulgence pour ceux qui liraient et réciteraient cet office. Cf. le *Regestum authenticum et universale pro titulo immaculatae conceptionis intemeratae Virginis Mariae* de l'*Armamentarium seraphicum* d'Alva y Astorga (Madrid, 1649, in-fol.), où l'office de Leonardo Nogarolo et celui de Bernardino de Busti sont publiés intégralement, col. 49-55 ; 70-105.

1. *Robertus Gaguinus de puritate conceptionis beate Marie virginis* (Bibl. nat. Rés. D 7736 : dernière édition de Baligault, avec un *errata* au verso du titre).

A la suite de cet ouvrage, après le mot « amen » on lit : « In conceptione beate Marie virginis per eundem Gaguinum officium » (en vers). *Incipit* : « Ad primas vesperas antiphona : *Incipe, sancta cohors...* » *Explicit* : « ...assit eisdem munimentum. Per eundem. Amen ». Cf. le t. I, pp. 104, 105 et n. Le ms. 401 de la Bibl. de Troyes contient le texte du traité de Gaguin, sous ce titre : « *Sermo domni Roberti Gaguini de puritate conceptionis beate Marie Virginis* » (fol. 16 v°-23 v°). Il n'est pas suivi de l'office composé par Gaguin. Le ms. débute par l'ouvrage de Trithème : *De laudibus sanctissime matris Anne*, précédé de *l'Epistola domini Johannis Trithemii abbatis Spanhemensis in librum de laudibus sanctissime Anne*, adressée à Romuald Laupach, prieur du

couvent de Francfort, de l'Ordre des frères de la Vierge du Carmel. Spanheim, 1er juillet 1494 (fol. 1 et sqq.). Ce ms. de Troyes semble n'être que la copie d'un imprimé.

(Cf. ci-dessus, p. 253, n. 1.)

Roberti Gaguini apud Cordubam febre graviter egrotantis, ad Domini salvatoris matrem oratio cum alies quibusdam epigrammatibus.

Si tento infelix et crimine sordidus aures
Nunc pulsare tuas, nimium seu urgere querendo,
Da veniam algenti, divum clementia : nobis
Te dedit antidotum querende (virgo) salutis.
Tu gemitus, tu vota, preces, suspiria, fletus,
Innata pietate levas, te semper egentem
Uberiore sinu populum curasse, fides est.
In tua nunc igitur admitte sacraria, mater.
Egroti lachrymas, moveat te languor iniquus
Quem tremulo induxit exardens corpore febris.
Jam carne exesa pellis rugatur, et ipsis
Ossibus exile vix prebet pendula tegmen.
En dolor articulos (contractis nexibus) arctos
Pandit, et obtusi fugiunt introrsus ocelli :
Ipsa etiam facies sectatur imagine larvas,
Officioque vacant titubantia frigore membra :
Semianimum fulcro decumbit inutile corpus,
Nec baculo sustante capit natura juvamen.
Sola subest vacuo mens pectore, nescia sive
Deserat exangues, vel adhuc suffulciat artus ;
Sive sub extremo voluisti sole Robertum
(O toriens miserata parens) occumbere : quisnam
Posteriora feret morienti verba salutis ?
Quis funus ducet, quis condet inane cadaver
Busto, et tristem animam mandabit in astra vocari ?
O si inter dulces, si fidos inter amicos
Pauca sub egressu licuisset, non voluere
Fata, nex inflexe Parce voluere : recedam
Incuratus, egens supremum affantis amici ;
Tandemque implacida humabor tellure, perennis
Incola Celtiberum nulli memorandus. Abito,
O infelix anima, pereuntem Hispania molem
Servet, obtritum jam devoret horrida corpus.

Sed prestat (famuli) cineres dispergier austris,
Seu mandare freto : pennis velocibus, illi,
Per juga Pyrenei referent fortasse coactos
Belgarum in sedes, vel ponti sevior unda
Asseris obsequio notam ructabit in algam.
Proderit occiduos quocunque evadere manes.
Tunc ergo inflexa mater, mitissima mater,
Spectare hoc poteris ? multum vocitata, refelles
Vota precantis opem, dubio jam funere, claudes
Hei gremium misero, claudes precordia servo
Exitium patienti? Tu quondam ultro solebas
Ferre manum, relevare pios, miserarier egris.
Quid nunc lenta gradum differs ? Quid tardius audis
Supplicis egroti miserandos cuique precatus,
Si forte ob noxam veniam aut dignare vocantem,
Atque ideo immeritis precibus non annuis : assit
Libera que semper patuit miseratio, que tot
Vel culpa implicitos materna sponte levavit.
Si meritos tantum quanta est clementia, quantus
Vulgati dulcoris honos, tum viscera nudas,
Dulcia tum expandis, tum porrigis ubera, si cui
Post scelus admissum redeunti protinus astas,
Non planctu emollita pio. Quis grata putabit
Que fletu expresses, magni est quodcunque gemendo
Torseris. Exurge non ficta precamina, sano
Corde damus, morimur. Potes, o medicina, dolenti
Non prestare manum ? Expectas fortasse querelis
Cessisse algentem. Jam desino, nec queror ultra.
At tua per Gnati morientis vulnera, perque
Virgo tuum nulla violatum sorde pudorem,
Perque tibi assuetum miserandi (femina), morem.
(Dum vivacis adhuc trepidant spiracula fibre)
Ocius accedas, dextram susterne labanti.
Da reditum in patriam. Da visere rursus amatos,
Ut meipsum quondam socios, quondamque sodales.
Pronus in ede sacra celebrarunt quam tibi Franci ;
Letitie titulo numen venerabor et aras :
Ipse ego fulgenti mater face casta litabo,
Exsolvam et Gnato divi libamen honoris.

Ars versificatoria Roberti Gaguin (Bibl. nat. Rés. mYc, 363, fol. I
D 2, et Maillet, *Tractatus de conceptione B. V. Marie...*, pp. 44 et s

1.

Ad divam Mariam Salvatoris matrem.

Non satis audenter tibi, Virgo nescia sordis,
  Sordidus ipse malis debita vota fero.
Sed me sumpta salus, devicto funere, cogit
  Te benefactricem laudis honore sequi.
Decumbebat iners tremulo spiramine corpus,
  Atque efeta caro mortis agebat iter.
Tu precibus clamata meis, tu, Virgo benigna,
  Protinus ad robur languida membra vocas.
Hac ope defensus grates et munera pono,
  Atque aram et numen pronus adoro tuum.
Tu posthac si morbus erit, festina medetor,
  Ne cum carne ruat mens superata malis.

(Maillet, p. 47).

2.

Ad Mariam virginem.

Ecce reus voti, composque salutis et aure,
  Hanc cere et lychni reddo Maria facem.
Juvasti orantem, solventem debita serva,
  Et concede data Virgo salute frui.

(Maillet, p. 48.)

XI

(Fin de 1489 ou 1492.)

Petro Carmeliano Gaguinus.

Vis, Petre, ingenue quod de te sentio dicam
Dum me ornas variis laudibus et tytulis?

Pietro Carmeliani de Brescia (cf. ci-dessus, t. I, p. 84, n. 2) était un de ces nombreux italiens lettrés que l'espoir de faire fortune avait attirés en Angleterre. Dès 1422, au témoignage de Pie II (*Opera*, Bâle, 1552, in-fol., *epist.* 105, p. 602 E, et *epist.* 64, p. 548 E), le duc de Glocester, Humphrey (1391-1447), régent du royaume et amateur éclairé des lettres, avait fait venir d'Italie des professeurs pour expliquer les poètes et les orateurs de l'antiquité. De leur côté, les Anglais de riches familles prirent l'habitude d'aller parfaire leur éducation littéraire en Italie ; et ce mouvement se continua, au plus grand avantage des deux nations, jusqu'au siècle suivant où l'on voit Polydore Vergile, d'Urbin, le premier rédacteur d'une histoire générale d'Angleterre, obtenir des lettres de naturalité en ce pays, comme son compatriote, Fausto Andrelini de Forli, venait d'en obtenir en France (cf. ci-dessus, t. I, p. 98 et n. 1). — Il ne semble pas que Carmeliani qui s'était fixé en Angleterre sous le règne d'Édouard IV soit venu en France depuis cette époque. Il en résulterait que c'est à Londres que Gaguin fit sa connaissance ; et l'épigramme en vers qu'il lui adressa, et qu'il nous a conservée, date vraisemblablement de son premier voyage, et avant le malencontreux éclat qui souleva contre lui le cénacle de lettrés qu'Henri VII entretenait à sa cour (cf. ci-dessus, t. I, pp. 83 et sqq.). Les vers de Gaguin peuvent toutefois avoir été écrits après la signature de la paix avec l'Angleterre (3 novembre 1492. — Cf. la plaquette originale. Bibl. nat. fr. n. acq. 7643, fol. 299 et sqq., exemplaire de Bigot avec son grand *ex-libris*), où une réconciliation solennelle, au moins en apparence, avait fait oublier toutes les injures et tous les griefs passés, ainsi que le rappelle Bernard André dans *Les douze triomphes de Henry VII* :

« Puis ha ce roy conquis le beau tresor
Qu'il a coeully au jardin de plaisance,
C'est a scavoir les dictes pommes d'or.

Conspicuum tu lumen habes, distantia cernis,
Ast acies longo fallitur a spacio.
Ethere de summo spectans caligat ocellus,
Et taurum dicis qui sit asellus iners.
Sepe michi occurrit veri consultus Apollo,
Et vires dicit nosce, Gaguine, tuas.
Quod tamen est nobis superum pietate tributum
Laudari tanti non pudet ore viri,
Nec te blandiciis credo palpare Robertum,
Cui tecum est una, Carmeliane, fides.
At nunc si quod habet studiorum munus et artis,
Eternum fuerit clare poeta tuum.

(*Epistole et carmina*, édit. Bocard, sig. D2.)

XII

(Paris, avant le 14 août 1493.)

Gaguinus Jacobo Publio[1] *poete.*

Dulce tibi omnino felici sydere nomen
Aptavit Phebus, et sua plectra dee.

Je les entendz les fleurs de liz de France,
Du roy Françoys a la bonne aleance.
Dieu les vueille en amour maintenir!
Qui aulx deux roys vouldroyt quelque grevance,
Il y puisse de bref mal advenir. »

James Gairdner, *Memorials of the king Henry VII* (Londres, 1858, in-8°), t. I, p. 149.

1. Il semble, par cette lettre, que le florentin Jacopo Publio ou Publicio, de passage à Paris, avait prié Gaguin de le recevoir et qu'il lui

Suavius expromis meditatum carmen olore,
Et Flacco melius concutis arte lyram.

avait adressé une épître à cet effet. Gaguin lui répondit par la présente lettre et lui offrait gracieusement l'hospitalité au couvent des Mathurins. Le ton de désenchantement et de tristesse qui perce dans les paroles de Gaguin montre que cette lettre date des dernières années de sa vie. Les renseignements sur Jacopo Publicio font presqu'entièrement défaut et les préfaces des ouvrages qu'il publia (quand elles existent) ne donnent aucunes indications pour sa biographie. Il n'est même pas certain que l'on sache son vrai nom. Ferdinando Fossi croit que le nom de Jacopo Publicio était un pseudonyme, suivant l'usage des académies de l'époque ; et il déclare n'avoir rien trouvé qui puisse servir à sa biographie (*Catalogus codicum saeculo* XV *impressorum qui in Bibl. Magliabechiana adservantur*, Florence, 1794, in-fol., t. II, col. 420-421). Jacopo Publicio semble toutefois sortir de sa réserve dans le panégyrique qu'il composa en l'honneur de Pierre de Laval, duc de Reims, et qui est encore inédit. J'en détache le passage qui intéresse notre auteur. « Ad illustrissimum Remorum ducem, dominum Petrum de Laval, regia a stirpe prognatum Jacobus Publicii panagericon (*sic*) feliciter incipit. — Cum e Lusitania discedens, illustrissime dux, statuerim nostrorum atque externorum hominum egregiam virtutem licterarum memoria commendare, duo maxima atque aspera bella ab uno invictissimo Pannonie rege Mathia, eadem tempestate gesta, brevi perscripsi : quorum alterum adversum Johannem Theucrorum maximum, alterum vero contra Georgicum perfidum, Boemorum regem gestum est. Nec tamen longe post sapientissimi atque sanctissimi Strigoniensis archiepiscopi preclaram vitam optimosque mores una cum Appollonie regionis situ conscriptos nostris relinquere curavi, ut plena ejus regionis notitia, omnia magis magisque in aperto forent. Mox doctorum atque gravium virorum hortatu, generosam progeniem, singularem virtutem et egregiam laudem ample nobilisque Domus domini civitatis Lavallensis (ut amicis morem gererem) licteris commendare, non eram veritus, illustrissime dux... » Bibl. nat. lat. 7809, fol. 2 v°-3 (exemplaire de présentation vraisemblablement autographe et composé entre les dates extrêmes du 8 octobre 1473, date de la nomination de Pierre de Laval au siège de Reims, et du 14 août 1493, date de sa mort). On voit par ce passage que Publicio avait voyagé en Portugal, en Hongrie et en Illyrie, et qu'il se proposait d'écrire la vie de l'archevêque de Gran, Jean Vitezius, le même à qui Galeotto Marzio dédiait son célèbre ouvrage *De homine*. Sans doute avait-il été appelé, comme plusieurs

Jam posses furias egro pulsare Sauli,
  Et timidos lepores sistere carminibus.
Me vero algentem et pigrum ferme veterno
  Impellis balbis reddere verba labris.
Sed ne forte pares, tanquam visurus Olympum,
  Me spectare oculis : fige poeta pedem,
Non quemvis Ausonium docuit quem Grecia vatem.
  Sed tristem Gallum viseris et residem.
Musa michi nunquam nec felix gloria favit.
  Sors, mens, lingua fuit undique semper inops.
Si me fama tulit per terras, forsitan audax,
  Ne crede amenti quam levis aura rapit.
Surgit ab exiguo sursumque extollitur ingens.
  Credula decipitur, fallit et ipsa leves.
At si concedes, et religiosa tecta subibis,
  Te leto accipiam pectore, baccho, epulis.

(*Epistole et carmina*, édit. Bocard, fol. C v°.)

de ses compatriotes, par Mathias Corvin. Mais là encore, on en est réduit aux conjectures (Sur les savants italiens appelés à la cour de Mathias Corvin, cf. l'ouvrage plein de renseignements de Schier, *Dissertatio de regiae Budensis bibliothecae Mathiae Corvini ortu, lapsu, interitu* (2e édit.), Vienne, 1799, in-8° de 80 pages). Dans la préface de son ouvrage *Ars conficiendi epistolas*... (Deventer, 1488, in-4°, Bibl. nat. Rés. Z 1840 (Campbell, 1462), adressée au prince de Tarente, Publicio parle de la reconnaissance qu'il avait pour ce dernier, ajoutant que c'était la gratitude qui l'avait engagé à rédiger son traité (fol. 2 r°). — Pour la liste de ses ouvrages, cf. Hain, Copinger, Campbell, etc.

XIII

(Paris, 25 août 1477 et 30 août 1497.)

Frater Robertus major minister totius Ordinis sancte Trinitatis et redemptionis captivorum.

Universis et singulis ministris nostri predicti Ordinis per provinciam Castelle et Legionis constitutis, tam presentibus quam futuris, salutem in Eo cui cura fuit pro salute generis humani se hostiam prebere Deo patri. Amor verus et caritas quam in Christo Jesu erga vos habemus et gerimus nos crebro pulsat et admonet circa vestram salutem vigiles curas adhibere, et vestris commodis ita solicite providere, ut non tam presencia sed futura etiam que ad vestram salutem pertineant providere studeamus.

Cum igitur sepius ante hoc tempus contigerit, ut, mortuo et ex hoc seculo commigrante provinciali vestro, vos sine rectore manseritis, ita ut a vobis sit frequenter dubitatum a quo vestrum reliqui ministri jure possent ad congregationem et electionem futuri provincialis evocari quisve interea, dum ipse provincialis electus confirmaretur a nobis, inter vos curam gereret provincie; nos hujusmodi dubietates amputare et saluti vestre in posterum consulere volentes, presenti scripto in perpetuum ordinamus ut postquam provincialis qui recte electus a vobis, et a nobis seu

a successoribus vestris confirmatus debitum nature persolverit et demigraverit e terris, corpusque ejus religiose fuerit inhumatum, minister in cujus administratione ipse provincialis decesserit, si conventualis sit, provinciam in suam custodiam recipiat ipso facto. Et omnes statim tocius provincie ministros ad capitulum ubi futurus provincialis eligi possit, advocet et congreget, nulla interposita dilatione. Qui minister, non provincialis sed custos provincie ap[p]elletur, et tam diu curam ipsius provincie et omnium que in ea sunt exequetur, donec provincialis electus sit et a nobis confirmatus. Si vero Domus, in qua mortem obierit provintialis, conventu careat, si vel alio loco extra Ordinem vitam finierit minister conventualis qui loco in quo ipse provincialis defunctus est fuerit, an(c)tiquior custodiam provincie suscipiat. Ceterum, cum provincialis adhuc vivens prope ad quartum sui provincialatus annum pervenerit, diligenter studeat locum assignare electioni futuri provincialis, et ad illum rite ministros omnes sue provintie citare atque convocare. In qua electione non ipse sed vicinior sibi et propinquior conventualis minister presideat, qui custodiam provintie, ut premictitur, obtineat, procuretque diligenter hujusmodi electionem fieri et compleri. Ita quod non liceat ei qui custodiam susceperit diem electioni assignatam ullo modo differre aut congregationem ministrorum ad alium locum traducere vel transferre. Qui se temerarium hujus nostre ordinationis transgressorem effecerit, sentencia excommunicationis ipso facto percellatur, donec a nobis vel subcessoribus nostris absolutionis benef(f)icio curetur. Datum Parisius in domo nostra Sancti Maturini sub sigillo et contra sigillo nostre majoris administrationis. Anno domini milles(s)imo quatercentes(s)imo

septuages(s)imo septimo, die vices(s)ima quinta mensis Augusti.

Quarreset.

Ro. Gaginus (*sic*) major minister[1].

1. Bibl. Mazarine, ms. 1766, fol. 58-59. — Cette lettre de Gaguin est précédée des statuts de l'Ordre des frères de la Sainte-Trinité édictés par son prédécesseur, Jean de Troyes, à la date du 24 avril 1429, statuts contresignés par Gaguin (fol. 15 r° et v°). Ils se trouvent publiés dans la *Regula fratrum Ste Trinitatis* (Douai, 1586), pp. 27-50. Le ms. 1765 de la Bibl. Mazarine « *Regula fratrum sancte Trinitatis et captivorum* » porte au fol. 12 la signature autographe de Gaguin : « *Robertus Gaguinus major minister.* » Le titre courant et les manchettes sont écrits de sa main. Ce ms., qui faisait partie de la bibliothèque de Gaguin, porte au fol. 154 v° la mention suivante : *Robertus Gaguinus, major minister, 1483 mensis aprilis die decima quinta hoc scripsit anno undecimo sue majoritatis. Spes mea Deus* (cf. t. I, p. 43). Telle était la devise de Gaguin : pour ses armoiries, il portait : d'argent à la croix écartelée d'argent et d'azur, chargée de cinq étoiles d'or, accompagnées de quatre roses d'azur (Bibl. nat. fr. 27747, dossier Gaguin, 28333, pièce 3). L'Ordre des Mathurins portait : d'argent à une croix pattée de gueules et d'azur, à la bordure d'azur, chargée de huit fleurs de lis d'or, l'écu timbré de la couronne de France, et deux cerfs blancs pour supports (Héliot, *Hist. des Ordres monastiques*, t. II, p. 312). Les deux cerfs figurent sur le frontispice du *Compendium* de l'année 1501, supportant un cartouche au-dessous duquel est une croix pattée, sous laquelle se développe une banderole avec l'inscription : Ro. Gaguinus (pièce très remarquable, gravée sur bois au simple trait, composée vraisemblablement sous la direction de Gaguin et répétée deux fois, au titre et à l'avant-dernier folio verso (non paginé). Dans les frontispices du *Compendium* des éditions in-4° de J. Petit (Paris, 1508, 1511, etc.), on remarque de nouvelles variantes, ainsi que dans l'édition de Pierre Vidoue (Paris, 1528, in-4°). La planche, dans cette dernière édition, est d'un beau caractère et figure par deux fois (dernier feuillet liminaire, non paginé, et fol. 351 v°).

XIV

(Paris, 30 août 1497.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Frater Robertus Gaguinus, decretorum doctor, major minister tocius Ordinis ejusdem sancte Trinitatis et redemptionis captivorum, dilectis nobis in Christo Jhesu provinciali seu vicario nostro nec non omnibus et singulis ministris, fratribus, sororibus, donatis[1]*, oblatis et conversis nostre regule et nobis subdictis, presentibus et futuris per regnum Castelle et Granate ubilibet constitutis. Salutem.*

Sicut jampridem, priusquam generalem Ordinis curam subiremus, audientes nonnullos vestrum a salutaribus patrum nostrorum institutis et rectitudine vite deerrare et mundi vanitatibus sordidari tristabamur, mortuosque peccatis fratres lugebamus, ita nunc susceptis vestre karitatis litteris que vestram meliorem conversationem et futuram semper emendatiorem annuntiarunt, exultavit spiritus noster in Deo salutari nostro qui errantes ad penitentiam adduxit, et in eorum visceribus cor rectum innovavit. Gaudemus profecto vehementer et Dominum benedicimus, qui non solum ad majorum nostrorum sanctiones et instituta oculos vestros convertere dignatus est, sed ad uberiorem

1. Sur le sens de ce mot, cf. Du Cange, aux mots *donati*, 2, et *oblati*, 2.

vite et sanctimonie fructum nova quedam addere vos docuit, que et superiora corroborent, et supervenientibus humiliorem vivendi forma[m] demonstrent. Quas quidem constitutiones a vobis unanimiter positas a nostra humilitate postulastis approbari, ut eo majore firmitate subsistant, quo fuerint digestiore nostro decreto elimate. Nos igitur vobis in via mandatorum Dei ambulare cupientibus, ministerii nostri opem presentis scripti tenore ad insequentem modum exhibemus. Itaque a capite vestre reformationis quia ab humilitate procedit sumentes exordium, statuimus ut deinceps nemo ex congregatione vestra provincialis seu minister vel prior, dum electus et confirmatus fuerit, ultra tres annos sui officii tempus extendere presumat; sed termino exacto, confestim [1] in capitulo provinciali, presentibus ministris provincialibus, suum officium deponat. Minister vero, suo officio, presentibus suis fratribus, humiliter renuntiet et ab ejus excecutione se pectat absolvi, et ad sue professionis locum remitti cum hilaritate postulet, de omissis veniam deprecando. Et idem coram suo ministro faciet qui prior fuerit in posterum electus. In quo cassu, dum provincialis officium vacaverit, ministri ad electionem alterius provincialis fideliter et sine ambicione procedant. Qui provincialis electus, confirmacionem a nobis et majoribus ministris qui pro tempore erunt, obtineat; et sic confirmatus, provinciam et fratres regat et secundum regule nostre formam moderetur. Verum tamen, quia propter terrarum longa spacia laboriosum esset quolibet triennio provincialis confirmacionem pectere, statuimus ut is qui semel electus fuerit provincialis, si exacto

1. Ms., confestum.

triennio iterum ipse idem sine temporis intermedio eligatur, ipso facto, sine alia confirmacione provincialis se usque ad aliud subsequens triennium censeatur atque habeatur. Si vero, lapso pro triennio, alter ab eo as[s]umatur, licitum sit ei, qui provincialis immediate precesserit, noviter electum per pacis osculum et juramenti exhibicionem de obedientia nobis et nostris successoribus fideliter et religiose servanda confirmare. Itaque in fine cujuslibet sexannii, unam tantum a nobis et majore ministro, qui pro tempore erit, confirmacionem electi in provincialem, ut premissum est, pectat et obtineat. Porro, si infra triennium provincialis confirmatus moriatur, alter qui minister fuerit, post illius mortem, electus prestet in manibus senioris ministri premissum juramentum de obedientia et honore nobis et nostris successoribus conservandis, et sic suum exequatur officium : fratres aut simplices ministrum sibi assumant et electum pectant a provinciali confirmari ; priorem vero minister de fratrum suorum concilio instituat. Et quia interdum accidit ut, dum fratres de ministro eligendo consultant, nullus inter eos satis ydoneus ad hoc officium reputetur, liceat e[c]tiam illis sic dubitantibus alium de altero conventu nostri Ordinis eligere, et in ministrum assumere, quem electum provincialis confirmet ; ne[c] pro confirmacione nisi duplam [1] et unum regale [2] tantum exigere ullo modo presumat. Hortamur autem et in virtute sancte obedientie precipimus ut ii, qui ad has regendi et ministrandi sollicitudines fuerunt instituti, diligenter invi-

1. Le double valait deux deniers.

2. Le royal d'or valait 39 sous tournois, de par l'ordonnance du 10 juin 1488, confirmée par celle du 4 juillet 1498. Cf. Du Cange aux mots : *monetae aureae regum Franciae*.

gilent greges et domos sibi commissas gubernare, nec cuique fructum proprium aliquantinus habere aut possidere permictant. Nec de proprio retinendo quovis modo dispensent, nisi tantum vel breviarium, vel aliquot libros morales et ecclesiasticos, aut unum vestimentum seu hujusmodi parva et pauca sobrie ad tempus habere necessaria dispensatio de tocius communitatis, id est, conventus, assensu concedat. Ea autem, que si aliquis secundum hanc formam acceperit, publice profiteatur se hujusmodi in usum solum et non ut proprium recepisse, seque sine dilatione restituturum que acceperit, cum minister illa duxerit repetenda.

De noviciis. — Quoque hoc observandum. Statuimus ut nullus in ordine hujusmodi observantie recipiatur nisi postquam quindecimum sue etatis annum compleverit. Quorum si contra hoc facere minister presumpserit, accusetur et ab administratione privetur. Constituatur autem seorsum et deputetur aliqua domus ubi omnes novicii ad sucipiendum doctrinam et erudi(c)tionem conveniant; deputetur item illis aliquis ydoneus preceptor et magister qui illos doceat, nec permittat extra domum vagari aut inde quacunque hora exire, nisi urgente necessaria causa, aut illis tantum horis quibus in ecclesia vel in refectorio illos as[s]istere et servire op(p)ortet.

Similiter. Nulli fratrum liceat extra regularem claustri januam progredi aut extra monasterium abire, nisi a ministro suo licentiam petat et obtineat. In quo casu honestum valde judicavimus ut socius aliquis ex fratribus illi a ministro commictatur, ut testem sue conversationis habeat. Circa vero licenciam concedendam, minister cautionem adhibeat ut raro, et non nisi semel in ebdomada, hanc

licentiam egrediendi indulgeat. Quod de iis fratribus non est intelligendum qui ad certa officia vel ecclesie vel rerum temporalium sunt deputati. Si quis autem extra monasterium propter aliquam juxtam causam ad aliud Ordinis monasterium transire voluerit, causam suo ministro ter exponat, et abeundi licentiam humiliter pectat. Quam si obtinere non poterit, liceat fratri ad provincialem accedere, coram quo prostratus, discedendi causam exprimat. Et sic poterit provincialis, causa racionabili instante, licenciam impartiri. Si vero absque vel provinciali[s] seu vel vicarii beneplacito ad aliam domum perfugerit, nullomodo ad divina officia admictatur, sed in custodia habeatur, donec a proprio ministro penitenciam recipiat. Et quia ad officium provincialis spectat, secundum partem sue solicitudinis, vultum pecoris sibi commissi cognoscere, ordinamus ut cum ipse provincialis noster, vel alius ab eo deputatus, ad domos Ordinis in sua provintia accesserit, reverenter et cum caritate a ministro ubi declinaverit recipiatur, eique vite et visitationis sue necessaria ministretur. Itaque non liceat provinciali vel ejus commissario ultra unum Ordinis fratrem sibi socium et duos servulos tempore visitationis secum habere aut ducere. Maxime vero illud considerare op[p]ortet ut omnes et singule nostri Ordinis domus que in predictis regnis et provintia hactenus sunt constitute, et postea per Dei gratiam constituentur, reformationem recipiant et observantiam fideliter tenere compellantur. Quorum si quis instigante bonorum adversario demon[n]e, aliter vivere et retrorsum abire voluerit, precipimus ut nullus eorum qui hanc observanciam contempserint in domum vel monasterium predicte sancte reformationis, tanquam hospes recipiatur, ne meliores et Deo deditos fratres suo malo exemplo inquinet et corrum-

pat. Si autem propter turpem aliquam occasionem venisse videatur, comprehendatur et castigetur, et castigatus extra cenobium dimittatur.

Et ut reverentia et debitus honor inter fratres conservetur, inhibemus ne aliquis frater alterius fratris cameram ingredi sine ministri visione presumat. Qui contrarium fecerit, licet de hoc non fuerit accusatus, se ipsum puniat et sequenti die, a communi cibo et potu privatus, panem tantum et aquam sua sponte bibat; liceat autem cuique fratrum qui alium intrare cameram alterius viderit accusare in capitulo fratrem delinquentem. Qui non accusaverit, a vino abstineat eo die quo peccavit. Si quis vero in camera alterius fratris pernoctare et dormire presumpserit, carceri mancipetur. Quod si iterum idem commiserit, unius mensis carcerem subeat. Tercio autem deprehensus, a communi fratrum societate et fraternitate omnino separetur. Item, ut omnis proprietatis suspicio tollatur, inhibemus ne quisquam frater religiosus aut oblatus, depositum aut res alienas seu munera, sed nec litteras ab aliis ad se missas recipiat; sed que missa vel mictenda erunt suo revelet ministro, alioquin tanquam furti reus condamnetur. Hec ergo sunt, dilectissimi fratres, que ad nos a vestra congregatione transmissa per ordinem digessimus, et digesta approbare rataque habere et confirmare volumus, et presentibus nostris litteris ex nostra certa scientia confirmamus: precipientes in virtute sancte obedientie ut in as[s]umpto a vobis sancte observantie propos(s)ito unanimes perseveretis, ne variis tentationibus superati videamini mo[l]les [1] et ef[f]e-

1. Ms. « incoles ». L'i a été ajouté après coup. La correction « mol[l]es » est toute indiquée.

minati, respicientes ad ollas carnium Egipti, id est ad mundi hujus perituras voluptates. Neque cum his paucis novis constitutionibus contenti, vos existimetis ab apostolica et nostri Ordinis regula aut majorum nostrorum sanctissimis statutis esse liberatos aut absolutos. Oportet enim hec facere, et illa non omictere. Si que tamen in statutis majorum inveniuntur que precepta in excommunicationis periculum vergant, ea in penam aliam temporalem commutare secundum prudentiam ministri aut provincialis permictimus, ceteris in suo vigore et observantia perpetua que ad observantiam et communem tocius Ordinis nostri utilitatem et jura nostra spectant, atque ordinata esse certum est, permansuris. Datum in domo nostra Sancti Maturini Parisiensis, sub sigillo et contrasigillo nostre majoris administrationis cum subscriptione nominis nostri. Anno Domini M. cccc. nonagesimo septimo, triges(s)ima die mensis Augusti.

Ro. Gaguinus major minister.
de mandato Domini M. — Quignon [1].

1. Bibl. Mazarine, ms. 1766, fol. 16-20. Ces constitutions furent lues et promulguées par Hippolyte del Rio, bachelier de Salamanque, ministre « a toto capitulo in scribam constitutus » dans la Maison et monastère « nobilissime ville de Arevalo, anno a nativitate Domini M.cccc.xc.vii° die vero ultra mensis novembris. — Hippolitus del Rio minister » (*Ibid.*, fol. 20-21).

XV

(Paris, vers 1495.)

Johanni Andree Ferabos[1] *poete laureato.*

Magna repromittis celesti voce Johannes,
Unde queant lingue peregre culta loqui.

1. On ne sait que peu de choses sur Giovandrea Ferabos, que Gaguin avait sans doute connu en Italie. Il était né à Vérone, et était carme. Il occupa la chaire de poésie à Pérouse, en 1470 et 1471. Paolo Marsi le dépeint sous des traits abominables dans son *Epistola ad amicos omnes Perusiam Augustam incolentes*, publiée par Gio. Battista Vermiglioli : *Memorie di Jacopo Antiquari* (Pérouse, 1813, in-8°), pp. 335 et sqq. Dans le passage qui le concerne, Ferabos n'est pas nommé, et Vermiglioli n'a pu l'identifier que grâce à la mention du mot : *Ferrabos*, en marge du manuscrit. L'ouvrage de Vermiglioli n'étant pas d'un accès facile, je cite le passage en question, avec les lacunes qu'on remarque dans le texte.

Unum quem fugias, moneo salvete negabis,
Infamem nostrae dedecus Ausoniae.
Casta... jubeo sceleratam attingere dextram
Quo facinus nos erit dignus ob ille suum.
Ille licet facili sine fine superbiat ore,
Et plenum dulci sit tibi sermo, fave.
Delitet heu multo dirum sub melle venenum,
Mel gerit exterius, condaque felle natant.
Musa precor fugias, si te compellit amicum,
Nam prodet propriam ille domum.
Parthenope excepit, qua pulsus, fugit in oras
Trinacriae, hinc pulsus, pulsus et Hesperia,
Pulsus et Illyrico, quo cum cessisset ab orbe
Ille esset rabidis tradita praeda lupis.
Urbs ve... multo donavit verbere asellum
Promeritum, oh sanctae religionis opus.

Sic potuit silvas duris cum cantibus Orpheus
Infernumque Jovem flectere carminibus.

Felix hunc pepulit crebris gens call... saxis
Esset ne laeta tristis in urbe lues.
Urbino effugiens noctis se credidit umbris,
Nec ferret clara verbera multa die.
Hunc scelerum Perusina cohors ignara malorum
Excupit, placido fovit amica sinu.
Heu misera, hic amans omnes corrumpere honestos
Nititur, et vitiis emicat ille suis.
Non pudor ante oculos, non fas, non jura, piumque
Qua sua prosequitur dira libido vocat.
Pellite ab urbe levem moneo Perusina juventa,
Quod maculat claros impius ille viros.
Quid claros maculare viros nequit impius ille
Visus, ut in vestra seminat urbe vires.
Religiosus homo est, teneros ut vincat ephebos
It... pudicitiae sunt bona signa suae.
Pellite ab urbe levem, jam jam dum pellere tutus est.
Post mala nil certe poenituisse juvat.

(pp. 339-341). La précision des détails laisse peu de doutes sur leur exactitude, bien qu'il ne faille pas oublier que Paolo Marsi était poète (sur ce dernier, cf. Vermiglioli, *Memorie*, pp. 213-215; Tiraboschi, *Storia della lett. ital.* (Milan, 1824), t. VI, pp. 1388-89 et note). Par une singulière erreur, Crévier, après avoir parlé de Balbi, de Vitelli, de Fausto Andrelini, les trois professeurs italiens, range « Ferabot » parmi les « maîtres d'humanités françois » bien qu'il ne soit pas certain, dit-il, qu'il fût français. « Mais son nom ne paroît pas italien, et celui qui le porte ressemble aux deux françois auxquels je le joins (Guillaume Tardif et Guillaume de Montjoie), en ce que je ne trouve aucun reproche contre ses mœurs. » *Hist. de l'Université de Paris*, t. IV, p. 440 et n. Ferabos est connu par la traduction italienne des lettres de Phalaris translatées de grec en latin par Francesco d'Arezzo. *Fratre Joanne Andrea Ferabos karmelitano alo Illustrissimo Signore Don Antonio Centelles markese de Cutroné humilemente se recomanda* (in-4°, s. l. n. d.). Ce très rare volume est conservé à la Bibl. Mazarine, *Inc.* 1261. Gaguin ignorait assurément la réputation fâcheuse de son correspondant, et semble avoir répondu par des vers à une pièce de vers latins que Ferabos lui aurait adressée. Gaguin donne à Ferabos le titre de *poète*

Ast dicam ingenue nullo blandimine verum.
  Nostrates spernunt Nestoris ore trahi.
Sunt nuge quecunque Maro, quecunque beatus
  Dixerit orator, sit licet Isocrates.
Ingenium fateor est illis quale per orbem
  Non aliud forsan celsius invenias.
Sed lingue et verbi tantum modulamina curant,
  Quatinus ad Scoti scripta legenda sat est.
Si quis aquas Elyconis amat vel numina, rident.
  Leserit ille fidem quem juvat illa sequi,
Et quos principio tibi spectas esse faventes,
  Protinus ad summum tertia lux abiget.
Difficile ingreditur regina oratio mentem
  Vestibulo cujus nulla Thalia sedet.
Hinc probata mammis lalasse rudimina rhetor
  Quem bene dicturum gloria celsa manet.
Haud tamen idcirco frustra per pulpita cantas.
  Unus et alter erit quem tua scita trahant.
Et jam post Latio tibi partam carmine famam,
  Nominis ipsa tui Gallia testis erit.
Te quoque (ne pudeat Gallo cantarier ore)
  Dum vita extabit versibus ipse canam.

(*Ars versificatoria*, sig. Dv v°.)

laurèat. J'ignore si cette qualification est exacte : le nom de Ferabos ne figurant pas dans l'ouvrage, d'ailleurs incomplet, de Vincenzo Lancetti, *Memorie intorno ai poeti laureati d'ogni tempo e d'ogni nazione* (Milan, 1839, in-8°).

XVI

(Paris, 1495 et 1497.)

Roberti Gaguini Ordinis sancte Trinitatis de redemptione captivorum generalis ministri ad veterem et sibi spectatissimum amicum, Petrum Burium, ecclesie Ambianensis canonicum, in Compendium de Francorum origine et gestis prefatio incipit feliciter [1].

Rerum a Francis gestarum magnitudinem compendio percurrere constitui, ut plerisque minime utilibus diverticulis [2] obstructis, recta ductus via lector ad summam hystorie metam expeditus perveniat. Qui enim ab exortu Francorum gentis per centum supra millesimum annum singula queque gesta posteris tradere conati sunt gallici quidem autores supereffluenter : latini vero nostrates qui perrari sunt sine ulla orationis majestate preclara quorumdam Francorum regum facinora parum sincera reddiderunt. Quod ego vitium [3] non emendaturum me esse [4] profiteor : id enim nisi ab elegantissimo copiosoque scriptore prestari ullo [5]

1. Texte de l'édition originale publiée à Paris le 30 septembre 1495 (Bibl. Mazarine, *Inc.* 825, fol. 1 v°). La Bibliothèque de l'Arsenal possède également un exemplaire de cette édition A 5058, H. Les variantes données en notes sont suivies de la lettre P pour l'édition de Paris (31 mars 1497), de la lettre L pour celle de Lyon (24 juin 1497).
2. diverticulis. L.
3. Vicium. P.
4. esse (manque dans P et L).
5. nullo. P. L.

modo potest ; qui et ab integro rem omnem compositissimo stilo diligenter et pensiculate persequi recipiat, et principis impensa sit adjutus, cujus potissimum ref(f)ert suorum facta majorum scriptis quam diligentissimis committere, que et ipse non ignoret, et posteri libenter cognoscant. Sed raro animadvertitur, nichil[1] tam bene fortiterque gestum esse, quod demisse abjecteque narratum minus illustre non appareat : ita ut quantum animo atque virtute quippiam memorabile perpetraveris, tantum illud extenuet[2] oratio inculta. Verum per sentes et parum planas France hystorie vias incedam, et que ad rem propositam commode pertinere arbitrabor ea tantum in usum reipublice correpta brevibus apprime staciunculis[3] (ubi quantum volet lector immoretur) collocabo. Atque has meas dum per ocium et morbi levamen licuit desumptas lusiones tibi, Petre Buri, maxime assignatas esse opere precium duxi, propterea quod ad litterarias olim vigilias una sepenumero pernoctavimus ; quodque amicos sanctissime observare, et que per illos accommodate posita esse noris ea laudi vertere non invides. Hoc enim pacto ex hac lucubratione nichil[4] videbor muneris a principe aucupari, sed in tua pervetustissima[5] caritate fidem dilectionemque nostram reponere. Sed illud tibi precognitum, Petre, sit, locorum me atque hominum proprias appellationes secutum esse, quas vulgus in usu potissimum habet, easque ita proxime ad vulgarem formam inflexisse, ut ipsa mox dictio locum vel hominem de quo

1. nihil. P. L.
2. extennet (1495).
3. statiunculis. P. L.
4. nihil. P. L.
5. quam vetustissima. P.

scribimus lectori representet. Neque veritus sum obtrectatorum calumnias, qui nova me quedam excogitasse blacterabunt. Nam si que france proferuntur vocabula integra posuissem, non latine latinis scripsisse reprehenderer. Que, dum per derivationem[1] vernaculi nominis latina legentur (si forte sine subsannatione legentur) plana erunt[2].

Idem Robertus Gaguinus, recognito jam opere, lectori. S.

